CRYPTA
SAN-BLASIANA NOVA
PRINCIPUM AUSTRIACORUM
TRANSLATIS EORUM CADAVERIBUS

EX

CATHEDRALI ECCLESIA BASILEENSI

ET

MONASTERIO KOENIGSFELDENSI

IN

HELVETIA

ANNO MDCCLXX.

AD

CONDITORIUM NOVUM MONASTERII S. BLASII

IN NIGRA SILVA

PER

MARTINUM GERBERTUM

EIUSDEM MONASTERII & CONGREGATIONIS ABBATEM,

S. Q. R. I. P.



TYPIS SAN-BLASIANIS.

MDCCLXXXV.



PRÆFATIO.

Quæ ratio impulit, ut argumentum de *Habsburgicis* Principibus eorumque coniugibus ex *Helvetia* Proteſtantica in vicinam *Silvam nigram*, monaſteriumque S. BLASII translatis, ſecundo volumine *Taphographiæ Auſtriacæ* retractaretur, eadem fuit, ut liber ille ſingularis ſecundis his imprimeretur typis: extraordinariæ nempe rei memoria, quam præcipuo quodam cultu devota erga Auguſtam *Auſtriacam* Gentem Congregatio *San-Blaſiana* celebrare, conſecrareque merito ſtudet. Ut vero nihil ſecundis his deeſſet curis, epitaphia, quæ P. I. *Taphograph.* lib. II.

cap.

cap. VI. ſuis locis repræſentavimus, ad unum omnia ſimul, æri inciſa, Tab. I. exhibemus, quibus cryptæ *Kœnigsveldenſis* typum adiungere placuit.

Ne vero actum tantum hic agere videamur (etſi nec illud abs re eſſet) fecerunt noſtri hiſtoriæque patriæ ſtudioſi, præprimis illuſtr. B. de ZURLAUBEN, cui maximam partem debetur Silva monumentorum, quæ in altera Appendicis parte nunc primum in lucem prodeunt, ac potiſſimum monaſterium *Kœnigsveldenſe* attinent, ad radicem caſtri *Habsburgenſis* ſitum, gentilitii Principibus noſtris, quibus iam novas veluti inferias condiximus, frequentamusque exſequias.

DE

DE TRANSLATIS EX HELVETIA AD MONASTERIUM S. BLASII HABSBURGO-AUSTRIACORUM PRINCIPUM CORPORIBUS

ELENCHUS.

CAPUT I.

Translationis, & cryptæ *San-Blasianæ* descriptio.

§. I. Occasio translatorum, *Basilea*, & *Kœnigsvelda*, cadaverum Augg.

II. Elisabethæ *Ungaricæ* reliquiæ frustra in monasterio *Tœssensi* quæsitæ.

III. Funera *Kœnigsveldæ*,

IV. Et *Basileæ* reddita:

V. Cæsareis Legatis, eam in rem specialiter destinatis.

VI. *Waldishuti* ultro citroque solemniter suscepta,

VII. Et ad S. Blasii monasterium transportata,

VIII. Religiose custodienda.

IX. Sacra in festo S. Leopoldi, proximo post translationem die.

X. Novæ cryptæ ordo,

XI. Unacum sacello S. Leopoldi,

XII. Ac conditoriis Principum.

CAPUT II.

Gertrudis, seu Anna, Rudolphi I. Imp. uxor, una cum filiis, Hartmanno, & Carolo, *Basilea* in novam cryptam *San-Blasianam* translata. Ossa quædam anonyma.

§. I. Primores *Habsburgicæ* gentis Principes in nova crypta *San-Blasiana*.

II. Inde ab Anna, Rudolphi I. uxore.

III. De eius genere nova ex sigillo *San-Blasiano* difficultas.

IV. Quod examinatur:

V. Confirmaturque Gertrudis, seu Annæ prosapia *Hohenbergica*.

VI. Eius encomia.

VII. Mortis occasio,

VIII. Ac sepultura *Basileæ*, cum Carolo & Hartmanno.

IX. Ossa ad monasterium S. Blasii transportata.

X. Annæ R. R. tumulus novus cum inscriptione,

XI. Nec non filiorum, Caroli,

XII. Et Hartmanni.

XIII. Ossa reliqua.

CAPUT III.

De Elisabetha, Alberti I. *Rom.* Regis uxore.

§. I. Inter funera cryptæ *Kœnigsveldensis*.

II. Elisabethæ, Alberti I. uxoris genus.

III. Eiusdem numerosa proles.

IV. Celebris coronatio *Norimbergæ*.

V. Pietas erga maritum,

VI. Fundato imprimis in loco parricidii *Kœnigsveldensi* cœnobio, utriusque sexus.

VII. Ardor vindicandi necem excusatur.

VIII. Mors, & sepultura.

IX. Translatio, & conditorium.

CAPUT IV.

De Leopoldo, seu Lupoldo, & Henrico fratribus, & Friderico, Friderici R. Reg. filio.

)(

SYL-

SYLLABUS
APPENDICIS UTRIUSQUE.

CAPUT I.

Chronicon *Kœnigsveldenſe*, notis illuſtratum. pag. 86. *ſeqq.*

1250. 22. *Aug.* II. RUDOLPHUS, ex Comitib. de *Froburg*, Præpoſit. *Beronenſ.* & RUDOLPHUS *Habsburgicus*, Canonicus *Baſil.* omne ius ſuum in Præpoſituram *Lucernenſem*, in ARNOLDUM, Abbat. *Maurbac.* transferunt. 113.

1271. 26. *Febr.* III. RUDOLPHUS, Comes de *Habsb.* poſtea Rex *Rom.* I. Cellæ B. MARIÆ in *Silva nigra* curiam in villa *Tüngen* vendit. *Ibid. ſeq.*

1281. IV. Epiſtola Anonymi ad EDUARDUM, *Angliæ* Regem, quà certior fit de morte HARTMANNI, RUDOLPHI *Rom.* R. filii. p. 115.

1285. 18. *Oct.* V. RUDOLPHUS R. R. Eccleſiæ *Baſil.* donat iura patronatus eccleſiarum in *Augſt* & *Zeiningen.* 116.

1299. 26. *Mart.* VI. RUDOLPHUS III. & FRIDERICUS I. *Pulch.* D. D. *Auſtr.* monaſterio de *Capella*, Ord. *Ciſterc.* confirmant libertates, ab avo RUDOLPHO I. R. R. eiusque patre, ALBERTO IV. *Sapiente*, conceſſas. 118.

1305. 13. *Nov.* VII. Antigraphum BERTHOLDI, Abb. S. BLASII in *Silva nigra*, pro miſſa quotidiana, a monachis *Birglenſ.* in ara, ab AGNETE, ANDREÆ Reg. *Hung.* vidua, in *Sizenkirch* conſtructa, celebranda. 119.

1315. 11. *April.* VIII. FRIDERICUS I. *Pulcher* Imp. eccleſiæ Collegiatæ *Turicenſi* privilegia confirmat, ab avo RUDOLPHO I. & patre, ALBERTO I. R. Regg. conceſſa. 121.

1319. 8. *Iun.* IX. LEOPOLDUS I. *Glorioſus* D. *Auſtr.* monaſterio S. BLASII, in *Silva nigra*, donat Capellam in *Todtmos* cum omnibus iuribus præbendalibus. 123.

X. KRAFFTO de *Toggenburg*, Præpoſitus, & Capitulum eccleſiæ Colleg. *Turic.* ad interceſſiones IOANNIS Epiſc. *Argent.* & LEOPOLDI I. D. *Auſtr.* CONRADUM, filium IOANNIS, Dapiferi de *Dieſſenhoven*, in Canonicum recipiunt, quam primum ſe facultas obtulerit. 124. 1321. 8. *April.*

XI. Litteræ indulgentiarum, ab Archi- & Epiſcopis XIV. in eorum gratiam datæ, qui pro animabus ELISABETHÆ, *Rom.* Reginæ, LEOPOLDI I. & HENRICI D. D. *Auſtriæ*, *Kœnigsveldæ* ſepultorum, ac pro ſalubri ſtatu AGNETIS Reginæ *Hung.* præſcriptas preces pia mente dixerint 125. 1329. 6. *Sept.*

XII. ULRICUS Epiſc. *Conſtant.* WALTERUM, ab ALBERTO II. D. *Auſtriæ* pro vacante præbenda ad S. NICOLAUM in *Surſe*, ſive *Buron*, præſentatum, inveſtit. 127. 1350. 16. *Ian.*

XIII. Idem ad inſtantiam AGNETIS, Reginæ *Hung.* monaſterio S. BLASII in *Silva nigra* eccleſiam parochial. incorporat. *Ibid. ſeq.* 1350. 6. *Febr.*


XIV. AGNES, Regina *Hung.* confirmat edictum ALBERTI II. D. *Auſtr.* fratris ſui de non moleſtandis Clericis moribundis, neque in rebus, neque in bonis. 129. 1355. 28. *Mart.*

XV. INNOCENTIUS XI. P. P. confirmat incorporationem eccleſiæ in *Steina*, ab ULRICO, Ep. *Conſtant.* monaſterio S. BLASII in *Silva nigra* factam. 130. 1358. 10. *Febr.*

XVI. LEOPOLDUS III. *Probus* civitati in *Surſe* facultatem impertitur recipiendi telonium, per tres continuos an- 1369. 19. *Dec.*


APPENDIX ALTERA.

DE PRIN-



DE PRINCIPIBUS
HABSBURGO-AUSTRIACIS,
QUORUM CORPORA EX HELVETIA AD MONASTERIUM S. BLASII IN SILVA NIGRA TRANSLATA SUNT.

CAPUT I.
TRANSLATIONIS, ET CRYPTÆ S. BLASIANÆ DESCRIPTIO.



§. I.

Occasio transferendorum, Basilea & Königsvelda, cadaverum Augg.

Morte R. P. *Rusteni* HEER, qui susceptum a Rev. P. *Marquardo* HERRGOTT ingens Monumentorum Augustæ Domus *Habsburgicæ* opus prosecutus fuerat, cum, nihil moratus curas, quæ mihi præter amplæ Congregationis *S. Blasianæ* gubernacula ex confla-

gratione principalis monasterii immensum in modum auctæ sunt, postpositis etiam ceteris rebus meis litterariis, ipsum me huic labori accommodarem, eius rei caussa in agrum *Helveticum Kœnigsveldam* excurrendum fuit, ut recognoscerem *Habsburgo-Austriacam* cryptam sepulcralem. Felix hinc enata est occasio, ut non solum, quæ *Kœnigsveldæ*, verum etiam in cathedrali *Basileensi* ecclesia recondita fuerunt, Principum cadavera, inde amota, ad monasterium D. BLASII transferrentur. Expiscatus quippe opportune animos & studia, cum promptos cognoscerem utriusque Reipublicæ *Bernensis* & *Basileensis* Optimates, ut hoc *Austriacæ* concederent pietati, nihil cunctatus Cæsareæ Regiæ Apostolicæ Maiestati indicandum duxi, ad cuius votum opus per D. de NAGEL, qui res Aulæ *Vindobonensis* apud *Helvetos* curat, facili confectum est negotio.

ELISABETHÆ *Ungaricæ* reliquiæ frustra in monasterio *Tœssensi* quæsitæ.

II. Nec minus obsecundantem se exhibuit nutui Augustæ MARIÆ THERESIÆ respublica *Turicensis*, nulli parcens operæ ad detegendas reliquias ELISABETHÆ, ANDREÆ III. Regis *Hungariæ*, filiæ privignæ AGNETIS *Austriacæ*, *Hungariæ* Reginæ. ELISABETHA, quam sancte traduxit vitam in monasterio *Tœssensi*, quod situm est in pago *Thurgoviæ*, etiam finiit, ibidem sepulta. Sed quam operose indagabatur, nec locus quidem sepulturæ investigari potuit, ut infra dicemus.

Funera *Kœnigsveldæ*,

III. Scriptorum quorundam opinio est, in monasterio *Tœssensi* etiam AGNETEM memoratam sepultam esse; sed eius feretrum unaque corpus manifestis indiciis, ut iam in prima Taphographiæ parte ostendimus, in crypta *Kœnigsveldensi*, cuius ectypon damus Tab. IX. a nobis deprehensum est unacum aliis ibidem depositis cadaveribus. Quæ omnia die decima mensis *Septembris* anni MDCCLXX. ablegatis eum in finem Patribus Capitularibus e Congregatione S. BLASII rite

sunt

ſunt tradita per D. *Carolum Ludovicum* OUGSPURGER, reipublicæ *Bernenſis* apud *Kœnigsveldam* tum res ac vices gerentem.

IV. Frequentior erat deditio cadaverum in urbe quippe ac Cathedrali ecclesia *Baſileenſi*, die vigeſima prima eiusdem menſis & anni, facta, ablegatis itidem eius rei cauſſa Patribus Capitularibus Congreg. S. BLASII, per DD. RAILLARD, PASAVANT, ROSENBURGER, & *Dan.* BRUCKNER, quibus a Senatu unaque medicis *I. H.* RESPINGER, & *I. I.* THURNEISEN id negotii expreſſe commiſſum fuerat.

Et *Baſileæ* reddita.

V. Præſens aderat ipſe D. de NAGEL S. C. & R. A. M. a Conſiliis & legatione apud *Helvetios*, ſingulari etiam ab aula Cæſarea accepto mandato, ut ad *Helvetiæ* confinia cadavera publico ritu dederet perilluſtri D. B. de WITTENBACH S. C. & R. A. M. a cubiculis (nunc ab arcanis conſiliis) excelſi regiminis *Auſtriæ Anterioris* Conſiliario, ſpeciali perinde ad hoc inſtructo auctoritate, qui, eadem, ad monaſterium S. BLASII celebri conductu delata, nobis concrederet.

Cæſ. Legatis eam in rem ſpecialiter deſtinatis.

VI. Condictus ad hanc translationem erat dies decimus quartus *Novemb.* eiusdem anni MDCCLXX. Parata fuerant omni induſtria, quæ ad ornandum conductum facere poterant, tum ab *Auſtriaco* dicaſterio *Silveſtri*, cui præeſt perill. D. B. de LANDSEE S. C. & R. A. M. a cubiculis & conſiliis regiminis *Anterioris Auſtriæ*, cum a magiſtratu *Waldshutano*. Illuc primo mane *Clignovio*, finitimo *Helvetiæ* oppido, delata cadavera ad littus *Rheni* a D. de NAGEL excepta, atque a frequenti clero tum ſeculari cum regulari cantu lugubri deducta ad urbis prætorium, ubi primæ iterum poſt ſecula ſtatæ pro defunctis ritu Catholico preces a Rev.mo Abbate S. PETRI in *Silva nigra* ſunt decantatæ.

Waldshuti ultro citroque ſolemniter ſuſcepta.

Et ad *S. Blasii* monasterium transportata,

VII. Susceptum D. B. de WITTENBACH a D. de NAGEL, prout in mandatis uterque acceperat, feralem currum, frequenti comitatu, ambituque funebri prosecutus est eodem adhuc die ad depositionis locum, monasterium S. BLASII, præstolantibus nobis ad maiorem portam, ornatuque pontificali ac psalmodia exequiali in falso bordono, qua licuit pompa funus ducentibus, sub noctem iam undique suspensis facibus, milleque radiantibus luminibus, ac collustrantibus inprimis exequiale monumentum in templo ex lignis constructo, dum ecclesia nova, veteri cum monasterio igne absumpta, exsurget.

Religiose custodienda.

VIII. Augustæ exedræ cum funera imposita essent, cantusque ac preces sacræ pro mortuis finitæ, salutato D. B. de WITTENBACH, in fidem meam, monasteriique mei accepi ab eodem, nomine S. C. & R. A. Maiestatis, pretiosa lipsana, qua par est, religione conservanda, condictis mox ad diem crastinum solemniis defunctorum.

Sacra in festo S. LEOPOLDI, proximo post translationem die.

IX. Erat is dies decimus quintus *Novemb.*, S. LEOPOLDO *Austriaco* sacer, quapropter peractis e suggestu, atque ad altare a me mortuorum sacris, Rev.mus Abbas monasterii S. TRUTPERTI in *Silva nigra* solemnem missam celebravit, symphoniacis concentibus, *Te Deum laudamus*, resonantibus, ob restitutam tot Principibus, Cæsarea, Regia, Ducalique dignitate illustribus, Catholicam sepulturam.

Novæ cryptæ ordo.

TAB. V.

X. Dum primum manus ædificandæ novæ ecclesiæ admoveri cœpit, prima cura, ac opera instruendo mausoleo tot ac tantorum Principum exuviis recondendis est impensa. Quidquid iam est, aut erit operis, quatuor tabulis æri incisis repræsentamus, quarum prima, quæ ordine V. est, cryptæ ichnographiam integram refert,

fert, unaque faciem ſeptentrionalem conditorii, ac meridionalem ſacelli D. LEOPOLDO Marchioni & tutelari *Auſtriæ* ſacri, qua parte altare conſpicuum eſt, cum inſcriptionibus utrinque. Altera proxime ſequens tabula ſectionem eius ac conſpectum ad ſolis orientem, adiecto, ſpacii reſidui opportunitate, præcipuo ANNÆ, RUDOLPHI R. R. uxoris, ac CAROLI filii infantuli ad pedes, monumento. Reliquæ duæ tabulæ ceteros loculos funereos cum ſuis receſſibus exhibent. TAB. V.

XI. Integræ ſtructuræ imminet eccleſiæ ſacrarium primum, deinde ſupra ſacellum B. M. V. chorus divinis laudibus deſtinatus. Hinc deſcendentibus e veſtigio capella D. LEOPOLDI obvia eſt, quatuor columnis interſtincta, utrinque fornicibus aperta, & concamerata. Latitudo eius ab oriente verſus occidentem pedes porrigitur ſexaginta, longitudo a meridie in ſeptentrionem pedes novem & viginti diducitur. Altitudo ad lineam rectam pedes ſedecim aſſurgit. Altare, quod in medio eſt, iam ſingulari munificentia S. Cæſ. & Reg. Apoſt. Maieſtatis MARIÆ THERESIÆ inſtructum, ornatumque D. LEOPOLDI reliquiis, quæ partim altari inſerantur, partim iam inſertæ proſtant baſi imaginis D. LEOPOLDI argenteæ, quam, unaque crucem pectoralem, quod hic præterire nefas, totam gemmis radiantem, donarium dedit Sua Maieſtas plane regium. Unacum ſacello D. LEOPOLDI.

XII. Ex adverſo altari latere verſus Septentrionem ianua acceſſum ad cryptam ipſam aperit. In duas partes diviſa eſt, eiusdem cum capella latitudinis, longitudo utriusque ſectionis pedes undeviginti. Inter arcus quaquaverſum cava, loculis coaptata, in murum recedunt. Interior pars quinque habet. Parieti intrantibus adverſæ tres adhærent: in quorum medio, ac honoratiori lit. A. ſignato eminet ſarcophagus ANNÆ, RUDOLPHI I. uxoris, ad cuius pedes lit. B. CAROLI filii infantuli oſſicula conditorium habent; Ac conditoriis Principum. Lit. A. Lit. B.

Lit. C. ad ſiniſtram lit. C. HARTMANNI eiusdem ANNÆ filii, tumba eſt: ad Lit. D. dexteram lit. D. ELISABETHÆ R. R. ALBERTI I. uxoris. Hinc inde Lit. E. F. oppoſitis lateribus E. & F. duorum eiusdem ELISABETHÆ filiorum, LEOPOLDI *Glorioſi*, & HENRICI PLACIDI cadavera ſuis tumbis continentur. Sub ſigno ſtellæ e regione depoſita ſunt oſſa Anonyma, titulis proin vacua. In parte anteriore cryptæ tres ſorores eorundem Lit. H. I. K. ducum, cippos ſuos habent (litt. H. I. K) ELISABETHA *Lotharingica*, AGNES *Hungariæ* regina, GUTTA, Comitiſſa de *Oettingen*: quod Lit. G. vero lit. G. notatur cenotaphium, nec cineres quidem, ſed inſcriptionem tantum ſepulcralem continet FRIDERICI, filii cognominis regis *Romanorum*. Poſteriores quatuor ſolii parieti a tergo poſitæ, inſiti, Lit. L. M. N. O. litterisque L. M. N. O. notati, CATHARINÆ de *Cuſſino*, ELISABETHÆ de *Virneburg*, LEOPOLDI *Probi*, ac CATHARINÆ de *Sabaudia* corpora condunt.

CAPUT II.

GERTRUDIS, SEU ANNA, RUDOLPHI I. IMP. UXOR, UNACUM FILIIS HARTMANNO, ET CAROLO BASILEA IN NOVAM CRYPTAM SAN-BLASIANAM TRANSLATA. OSSA QUÆDAM ANONYMA.

§. I.

Primores *Habsburgicæ* gentes Principes in nova crypta *San-Blaſiana*.

Iam equidem in prima *Taphographiæ* huius parte lib. II. c. II. & VI. ea pertractavimus, quæ ad ſepulturam omnium eorum corporum pertinent, quæ *Baſilea*, & *Kœnigsvelda Helvetiorum* nuperrime ad vicinum monaſterium S. BLASII ſilvæ nigræ ſunt translata, ſuapte offerente ſe hac peropportuna occaſione, ut, quo in loco a tot annis tam impenſe hiſtoriæ, ac monumentis *Habsburgo-Auſtriacis* illuſtrandis incumbebatur, monumentum etiam extaret, conditoriumque illuſtriſſimorum huius ſtirpis ac ſanguinis Principum,

cipum, cum primum ſuper ceteras generis nobilitate claras *Germaniæ* familias, quibus pares erant aut ſuperiores natalium ſplendore, rerum amplitudine ſe ſe efferrent, longoque poſt ſe relinquerent intervallo.

Inde ab ANNA, RUDOLPHI I. uxore.

II. Gloriæ huius incunabula ab ANNA, RUDOLPHI I. R. R. uxore, ac filiorum filiarumque omnium matre, ex quibus ad præſentem uſque diem non ſolum *Habsburgo-Auſtriacæ* gentis, verum etiam omnium fere *Germaniæ*, immo totius *Europæ* Principum proſapia propagata eſt, repetenda eſſe, ex iis palam fit, quæ tum ab aliis ſcriptoribus, cum ex inſtituto a Sodalibus meis in *Genealogia Habsburgico-diplomatica*, ac opere *Monumentorum Auſtriacorum*, nuperrime vero a nobis ad propoſitum in *Faſtis Rudolphinis*, Codici epiſtolari RUDOLPHI præmiſſis, ſunt explicata.

De eius genere nova ex ſigillo *San-Blaſiano* difficultas.

III. Talis ac tanta cum fuerit ANNA, quæ primum ac præcipuum in nova crypta *San-Blaſiana* occupat locum, mira res, atque ſtupenda eſt, de eius natalibus ſupereſſe etiamnum dubitationem. Eam quidem Scriptores veteres ad unum omnes ex Comitibus de *Hohenberg* & *Haigerloch* oriundam confidenter aſſerunt. Quam vero ex duplici nomine GERTRUDIS & ANNÆ anſam acceperunt, & rationem nonnulli graves ex poſterioribus ſcriptoribus *Helvetis*, ut duas ante AGNETEM ſeu ELISABETHAM *Burgundicam*, perinde etiam binomines, RUDOLPHO adſcribant uxores, alteram GERTRUDEM de *Froburg*, matrem filiorum filiarumque RUDOLPHI, alteram ANNAM de *Hohenberg*, etſi falſitatis omnino convicta ſit opinatio in *Faſtis Rudolphinis*, a) diploma tamen, quod genuinum prorſus ſervatur in ipſo monaſterio S. BLASII cum ſigillo equeſtri RUDOLPHI, & uxoris eius (volucris nimirum alis expanſis, quam ſunt, qui aquilam putent) novum faceſſit negotium, meque impulit, ut, cum

a

a) Cap. II. §. VIII. p. XIII.

cum ipſe fruſtra vadum tentaſſem, viros eruditos amicos conſulerem; omnia hactenus incaſſum.

Quod examinatur.

IV. Datum eſt diploma an. MCCLXVI. die XXVIII. *April.* antequam imperatoria dignitate ampliata eſſet; a) unde etſi aquila foret, certe aquila imperii haud eſſet, qua tunc temporis haud raro non ſimplici tantum ſed & bicipiti uſæ ſunt etiam imperatrices, ut *Io. Mich.* HEINECCIUS b) in *Syntagmate Hiſtorico* de veteribus *Germanorum*, aliarumque nationum ſigillis, ex nummis ſaltem ELISABETHÆ, ALBERTI I. & CATHARINÆ HENRICI VIII. coniugum oſtendit. Diplomata quod ſpectat, uſas eſſe imperatorum coniuges ſigillo, quod vocant Maieſtatis, P. HERRGOTT in *Geneal. diplom.* c) ſigillo ipſius huius ANNÆ prodit. Eiusmodi ſigillo conſtanter uſus eſt RUDOLPHUS imperator electus; nec unquam deinceps *Habsburgicum* gentilitium, vel devicto OTTOCARO *Auſtriacum* deprehendiſſe ſe teſtatur P. HERRGOTT, d) perquiſitis tot ſcriniis & Archivis, dataque opera de ſigillis Marchionum, Ducum, & veterum Archiducum *Auſtriæ* tractans. Demonſtrat vero aquilam fuiſſe ſtirpis *Babenbergicæ Auſtriæ* Marchionum inſigne, quod etiam in multis regionibus tam exteris, quam *Germaniæ* noſtræ in ſcutis ſuſceptum fuit, veluti *Siciliæ*, *Sileſiæ*, *Tyrolis*, *Carniolæ*, urbium item *Mediolanenſis*, *Tridentinæ*, *Wratislavienſis &c.* Eoque, ut multis oſtendit P. HERRGOTT, redeunt etiam quinque volucres, quas vulgo *alaudas* eſſe exiſtimatum eſt; ſunt vero aquilæ, quales etiam tres ſcutum *Lotharingicum*, duas comitum de *Homberg* oſtentat; ſimplex vero aquila hucuſque eſt *Fürſtenbergicum* inſigne, fuitque comitum de *Froburg*, ut videre eſt apud P. HERRGOTT Geneal. *diplom.* T. I. Tab. XXI. Inter

inſignia

a) Cod. probat. num. CCCLXXX. *Genealog. Habsb.* Vol. II. p. 395.

b) P. I. c. IX. n. LXX. p. 113.

c) T. I. Tab. XVIII. n. 9. an. 1277. Geneal. dipl. p. 97. p. 126.

d) Monum. *Auſtr.* Tom. I. Differt. I. p. 11.

inſignia nobilium de *Hochenberg* aquilam reperio. a) Hos vero aſſeverare non auſim poſteros eſſe comitum de *Hohenberg*, qui poſt res ſuas diſtractas ad modicam fortunam redacti, noſtra demum memoria in ipſo comitatu *Hohenbergico* penitus defecerunt. Neque vero coniicere licet *Hohenbergicam* cum *Froburgica* coniunctam familia, Aquilam *Froburgicam* adoptaſſe. Coniunctionem hanc factam eſſe ſec. XIII. diploma manifeſtat apud TSCHUDIUM b) dat. an. MCCXLV. quo anno nuptias GERTRUDIS, ſeu ANNÆ, cum RUDOLPHO initas paſſim aſtruunt Scriptores. Unde tamen haud ſequitur, hanc RUDOLPHI uxorem filiam LUDOVICI comitis de *Froburg* fuiſſe, quod idem TSCHUDIUS, c) GUILIMANNUS, & alii contendunt. Sigillum diplomatis *San-Blaſiani* inſignia *Froburgica* haud refert, alesque, quam repræſentat, falconis potius quam aquilæ ſpeciem habet. Diſcrimen facile animadvertet, qui utraque inſignia inter ſe contenderit in tabula II. num. I. & II. Primum ex dipl. *San-Blaſiano*, alterum ex rotulo Torreamentario, qui *Tiguris* ſervatur, adumbratum. Diligentiſſimus SPENERUS in inſignium theoria ſeu operis Heraldici generali parte d) ubi de volatilibus agit, ſeu avibus, nullam familiam gentis noſtræ indigitare poteſt, quæ falconem in ſcuto familiæ geſtet. In vulgus vero notum eſt, eſſe hanc comitum teſſeram, qui in aulis principum rem falconariam curare ſolebant. Annotavit laudatus *I. M.* HEINECCIUS e) in *Syntagmate hiſtorico* de veteribus *Germanorum* aliarumque nationum ſigillis, familiare olim fuiſſe principes iuventutis in ſigillis equeſtribus cum falcone repræſentare: f) atque etiam pro more, medio ævo frequenti, illuſtres fœminas falcones ad-

Margin: a, b, c, Tab. II. N. I. II., d, e, f

a) WEIGEL. *Wappenbuch* P. IV. p. 96.
b) *Eydgnoß. Geſchicht.* P. I. lib. III. ad an. 1245.
c) Ibid.
d) P. I. Sect. III. Memb. I. p. 220.
e) P. I. c. 10. p. 127.
f) Ibid. p. 137.

adoptaſſe: uti haud raro alia, quæ in deliciis habent, miſſis avitis inſignibus, ſymbola ſumere ſueverunt, quod exemplis etiam prodidit Sodalis meus P. *Marquardus* HERRGOTT tum in Genealogia
a b *Habsburgica*, a) cum in opere *Monum. Auſtr.* b) ſed ſemel ad latus comparet ales, alias ſemper in manibus, quod ſolemne eſt comitibus Falconariis; nuſpiam vero in ſcuto gentilitio me falconem vidiſſe memini, ſicuti hic habetur in diplomate GERTRUDIS, quod autographum & illibatum habetur in Archivio *San-Blaſiano*, geminumque ſigillum cernere eſt in diplom. RUDOLPHI, quod ſervatur in Archivio *Durlacenſi* dat. III. Kal. *Marcii* 1271.

Confirmaturque GERTRUDIS, ſeu ANNÆ proſapia *Hohenbergica.*

V. Diploma iſtud in appendice damus, cum hoc, tum eo maxime nomine ſumme notandum, quod natales GERTRUDIS extra dubium ponat, dumque RUDOLPHUS GERTRUDIS *uxoris* ... *& puerorum ipſius* meminit, eandem eſſe confirmat, poſtea ANNAM, quæ ſe matrem prolium RUDOLPHI in aliis poſteriorum annorum diplomatis nominat. Fit vero aliquoties in hoc diplomate mentio *fratrum ſuorum*, ALBERTI, BURCHARDI & ULRICI *comitum de Hohinberg*, ſemel etiam ALBERTI & BURCHARDI tantum, qui ſoli in diplomate *Horbenſi* leguntur an. 1270. quod in auctario dipl. *Faſt. Rudolph.* deſcripſimus. Etſi vero tam ALBERTI quam
TAB. III. Num. I. II. BURCHARDI ſigilla equeſtria in diplomate *Horbenſi* appenſa ſint, ſatis tamen, quid in ſcuto gerant, diſtingui nequit, niſi obſcurius in ſcuto ALBERTI gentilitio, tranſverſa nempe linea, qua pars ſuperior argento, inferior minio picta ſecatur, dum apud BIRCKE-
c NIUM ſitus colorum invertitur. c) Ei ex adverſo ponimus aliud
Num. III. ſigillum equeſtre RUDOLPHI Comitis de *Hohenberg*, quod ſuis colori-
Num. IV. bus depictum cum aliis accepi a L. B. de ZWEYER Satrapa *Auſtriaco* in

a) T. I. Tab. XXII. num. 7. & 8.
b) T. I. Tab. IV. num. 3. & 4. confer. Diſſert. I. p. 10.
c) Vid. SPENER. *Oper. Herald.* Parte ſpeciali lib. I. c. IX. §. LXXVII. p. 67.

in comitatu *Hohenbergico*. Hæc inter proximum locum occupat fragmentum sigilli eiusdem RUDOLPHI de an. 1318. Constanter vero sua insignia retinuisse *Hohenbergicos* operæ pretium est pluribus demonstrare, ne ulli deinceps suboriri suspicio possit *Hohenbergicos* Comites *Froburgica* sua fecisse insignia. Id quod ob memoriam GERTRUDIS seu ANNÆ eiusque posterorum, amorem item patriæ meæ facio libenter ac studiose. Ex ALBERTO, fratre ANNÆ, *descenderunt* ALBERTUS & RUDOLPHUS, ut testatur ALBERTUS *Argentinensis* a) additque RUDOLPHUM hunc tres habuisse comitatus *Rotenburg*, *Haigerloch*, *Hohenberg*. In celebri Msc. *Manessiano von Minnesingeren* τῶν ἐρωτικῶν, seu *de amoribus*, *Theotisco*, qui servatur in bibl. reg. *Parisiis*, conspicua sunt insignia comitum de *Haigerloch* cum scuto *Hohenbergico*, veluti æri incisa in tabula videre est, ac proxime aliud simillimum ex citato rotulo *Tornario Turicensi*, nec non quædam RUDOLPHI de *Hohenberg* sigilla, cognominis forte filii, qui ex domina de *Werdenberg* natus est, cum ALBERTO, HUGONE, HENRICO & una filia, ut idem perhibet ALBERTUS *Argent.* b) Tabulas dotationis Altaris B. V. MARIÆ Ecclesiæ S. STEPHANI *Ehingæ* ad *Nicrum* dedit RUDOLPHUS Comes de *Hohenberg* cum quatuor filiis ALBERTO, RUDOLPHO, HUGONE, & HEINRICO proxima post festum S. WALPURGÆ feria sexta an. 1332. Laudati chronici auctor diffusior est in percensendis rebus ALBERTI, qui, dum ad episcopatum *Constantiensem* ex Canonico *Argentinensi* ob discordiam pervenire non potuit, factus est postea Cancellarius LUDOVICI *Bav.* Imp. quod sigillo in adiecta tabula firmatur, item alio sigillo demonstratur, quod idem asserit, provisum ei fuisse de episcopatu *Herbipolensi* a Papa CLEMENTE sexto: etsi non obtinuisse asserat sedem, c) *propter potentiam illius de* HOHENLOH,

[Margin notes: Tab. II. — a — Num. V. Num. VI. — Num. VII. & VIII. — b — Num. IX. — Num. X — c]

 concor-

a) Apud URSTIS. *Script. Rer. Germ.* P. II. p. 106.

b) Ibid.

c) Ibid. p. 107.

Tab. III. Num. XI. Tab. IV. Num. XII. XIII. *concorditer electi a toto Capitulo.* Sigillum illud eſt anni 1348. cui adiungimus alterum ſequentis anni in quo ſimpliciter comes de *Hohenberg* nominatur. In proximis autem an. 1355. & 1356. dicitur Epiſcopus *Friſingenſis*, *quem*, inquit ALB. *Argent. potenter & ſine impedimento tenet.* Laudat deinceps fratres (quorum ſingulorum ſigilla æri inciſa damus) RUDOLPHUM ſecundo, HUGONEM tertio, & HENRICUM quarto genitum, *qui*, addit, *ſepultus fuit honorifice in clauſtro quod dicitur Salſmanſwiler anno Domini M. CCC. LII.* quem monumenta *Hohenbergica* poſſeſſorem comitatus *Hohenbergici* innuunt, qui emptus eſt an. 1381. a LEOPOLDO III. *Probo*, de quo poſtea, iam ex *Kœnigsfeldenſi* ſepultura iuncto in crypta *San-Blaſiana* proaviæ ſuæ GERTRUDI ſeu ANNÆ, quam modo diplomatice conſtat ex comitibus de *Hohenberg* fuiſſe oriundam, ſecus ac citatis ſcriptoribus *Helveticis* viſum eſt, contra opinionem veterum omnium, qui uno ore uxorem primam RUDOLPHI filiam fuiſſe BURCHARDI de *Hohenberg* aſſerunt, ſororem ALBERTI de *Hohenberg* & *Haigerloch.* Quæ tamen laudati illi Scriptores ſeiungunt ſtemmata, alteram commenti RUDOLPHI uxorem, diſtinctam a GERTRUDE, ANNAM de *Haigerloch*, quæ nullam RUDOLPHO pepererit prolem. Atqui vero ipſi filii ALBERTUS & HARTMANNUS publicis in monumentis confitentur ANNAM matrem ſuam, ut in *Faſtis Rudolphinis* a) demonſtravimus ex diplomate etiam *San-Blaſiano* anno MCCXCVI. in quo ALBERTO, uni tunc ex filiis ſuperſtiti, dicitur, ANNA, *claræ memoriæ Romanorum Regina, genitrix noſtra chariſſima.* Sic etiam in Annalibus *Henrici* STERONIS ad an. 1298. ac iisdem omnino, uti alias fere, verbis, in Annal. EBERHARDI *Altahenſis* apud CANISIUM, b) *Comes* ALBER-

Num. XIV. ſeqq.

a) Cap. II. p. XVI.

b) T. IV. lect. Antiq. Edit. *Baſnag.* p. 212. & 226.

ALBERTUS *de Haigerloch avunculus Domini* ALBERTI *ducis Austriæ.* In ſuppari hiſtoria *Auſtrali* apud FREHERUM recte ANNA de *Hohenberg* & *Haigerloch* dicitur: a) RUDOLPHUS *Romanorum Rex habuit primo Dominam* ANNAM *Comitiſſam de Hochenburg & Haigerloch, antequam coronatus fuit in regem. Ipſa obiit A. D.* MCCLXXXI. *Ottocarus* HORNECKIUS, in aula RUDOLPHI diverſatus, omnia complectitur: eandem fuiſſe RUDOLPHO coniugem, quam iuvenis duxerit, quæ ei tres filios, ac quinque filias genuerit, ſororem ALBERTI Comitis de *Haigerloch*, quam etiam iterato nomine ſuo ANNAM compellat in Chron. *Auſtr.* b)

Eius encomia.

VI. Inſigne prorſus eſt, quo eandem proſequitur, encomium, omni eam, quod fœminam ornare queat, inſtructam fuiſſe virtutum genere. Nec aſſeverare dubitat, puritati vitæ eius DEUM id ex ipſius fœcunditate conceſſiſſe, quod unice peroptabile in vitæ huius curſu eſſe poterat. Quod pertinet non ad incrementum ſolum Auguſtæ gentis *Habsburgicæ*, ſed etiam ad orbis reliqui, imperii præſertim *Germanici*, felicitatem, id quod paucis complectuntur verſus illi, tempore RUDOLPHI ſcripti, apud GUILLIMANNUM, BLONDELLUM & HERRGOTTUM: c) *Rex*

a) T. I. Script. Rer. *Germ.* p. 490.

b) Apud *H.* PEZ. T. III. Script. Rer. *Auſtr.* cap. CVI. p. 119.

Ain Weib het er Eleich
Gehabt von ſeiner jugent,
Nempt Ew alle dew Tugennt,
Die man pruefen ſol an Frawen,
Die lie ſy an jr ſchawen,
Got hiet jn paiden gegeben,
Daz ſew mit Maſſen chunden leben,
(Wan daz iſt guter Weibe Recht)
Von *Hairloch* Graf ALBRECHT
Jr zu Prueder waz bechannt,
ANNA ſo waz ſy genannt,
Und um jr raines leben,
Het Jn Got paiden gegeben
Den wunſchs hie auf Erden.
Er lie von Jm geporen werden
Drey Sun, und funff Tochter,
Mit welhen Sachen mocht er
Got jm haben paz getan
Denn den er let Sehen an
An Seins Leibs Frucht
An Freudin ſolche genucht
Als er ſew hie ſehen liez?

c) Geneal. diplom. T. I. p. 112.

Rex RUDOLPHUS *& inluſtris regina dat* ANNA
Natio quod floret iam præ reliquis Alemanna.

Imperii *Germanici* proceres perſpecta ANNÆ decora pro merito de-
a prædicant, ſic ſcriptam eius gratia epiſtolam auſpicati: a) *Virtu-
tum candor eximius, & laudandæ præſtantia bonitatis, quibus in-
clyta Domina noſtra* ANNA *regina prædicabiliter adornatur, ex ſuo
nos delectamento fragrantiæ taliter recreando gratificant, & gratifi-
cando delectant &c.* Quæ unaque inſigne elogium, quo eandem
Anonymus *Leobienſis* ornat, iam in *Faſtis Rudolphinis* protulimus.
Cui geminum eſt, quod in Mſc. infra a nobis in appendice eden-
do legitur, ac imprimis, præter alia, quibus illuſtris fuit, virtutum
ſtudia, etiam pietatem eximiam, ſtudiumque rerum divinarum lau-
b c dat. b) Id quod manifeſtant eius diplomata apud P. HERRGOTT c)
data in gratiam locorum ac perſonarum DEO dicatarum, quas et-
iam, quod ſingulare eſt, in ſuam tutelam & protectionem more
regum accipit. Exemplum eius rei in favorem monaſterii *Engel-
d bergenſis*, P. HANTHALERO mirum, d) ac paradoxum eſt viſum.
Diploma illud etiam legere eſt in TSCHUDII *Chron. Helv.* P. I. ad
an. 1273. p. 179. ac per ſimile ad an. 1275. p. 184. in gratiam
monaſterii ſanctimonialium in STAINE: nec prætereundum duci-
mus argumentum charitatis heroicæ in hoſtem atrociſſimum OT-
TOCARUM, iam defunctum, quod memoriæ reliquit Anonymus
e *Leobienſis*, e) eius nimirum cadaver *Viennam* delatum, *poſtea eie-
ctis interioribus corpus ſpeciebus conditur, lineis mundis, & purpura
a Regina Romanorum involvitur &c.*

VII.

a) Cod. epiſt. RUDOLPH. lib. I. ep. IV. p. 9.

b) „RUDOLPH der erſt nam ein Gemahel, von dem Huſ der Graffen von *Hohenberg*, die was ein durchluchtige Frow der Tugenden, ein beſonder Minerin aller guter götlicher dingen.„

c) Geneal. diplom. Vol. III. p. 437.

d) Faſt. *Campilil.* T. I. p. 1066.

e) Apud *H.* PEZ. T. I. Script. Rer. *Auſtr.* col. 852. c.

VII. Idem paullo poſt (at perperam ad annum 1277.) dum narrat, RUDOLPHUM, a) luſtratis provinciis, reducem in vallem *Aneſi*, nuncium accepiſſe, filium ſuum HARTMANNUM in *Rheni* fluctibus ſubmerſum, addit, *Stiria etiam ordinata per Abbatem Admontenſem, in Auſtriam eſt regreſſus Reginam recipiens debilem, & tali morbo laborantem, quod remedium non habuit. Quæ diſpoſitis omnibus, quæ ad teſtamentum & eccleſiaſticorum ſacramentorum pertinent perceptionem, ſumma devotione terminum vitæ fecit.* HORNECKIUS b) pluribus in eandem ſententiam ANNÆ obitum perſequitur, poſtquam extremum dolorem, quo ex morte HARTMANNI animus defecerit, explicaſſet; falſo quidem, ut eſt P. I. p. 102. demonſtratum, eum ante matrem obiiſſe perhibens. Obiit HARTMANNUS ad finem eiusdem anni 1281. quo ineunte ANNA iam mortua eſt.

Mortis occaſio.

a

b

VIII. Quæ celebritatem funeris attinent, abunde in priori *Taphographiæ* parte ſunt explicata : qua frequentia ac pompa *Vienna Baſileam* c) ſit translatum corpus, ibique cum HARTMANNO, & CAROLO in cathedrali eccleſia compoſitum. Exploſa etiam quorumdam

Ac ſepultura *Baſileæ* cum CAROLO & HARTMANNO filiis.

c

a) Ibid. col. 853. e.

b) Apud eund. T. III. p. 173. 174.

Do die Kunigin die Brief laz,
Daz ir Sun wer tod,
Do hub ſich jamer und Not,
Ez erczaigt jr geperde
Irs Herczen peswerde
An geperd und an ſtim,
Vor groſſes jamers grimm
Viel ſy dikch en Amacht.
Chunig RUEDOLF daz wol pedacht,
Wie laid dem Man geſchiecht,
Daz ym daz fuegt nicht,
Daz er klag als ein Weib,
Seins totens Suns leib
Chlagt er mendleichen
Die Arm und die Reichen,
Die jm zu ſehen wolten chlagen,
Die hiez er ſtill dagen,
Vnd ſprach : Ez iſt also chomen her,
Daz vns Got Laidſs auch gewer.

c) Singulare eſt, quod F. FABER lib. I. *Hiſt. Suevor.* apud GOLDAST. *Script. Rer. Suev.* p. 46. ſcribit : „ Domina ANNA, uxor RU„ DOLPHI *Viennæ* moritur, & corpus eius „ in ſepulchrum Reginarum *Baſileam* de„ fertur. Mos enim erat, Reginas, *Aquis„ grani* coronatas, *Baſileæ* ſepeliri. „

dam ſententia, qui HARTMANNUM alterum RUDOLPHO tribuunt filium, in monaſterio *Tulnenſi* ſepultum: nonnemine omnino in dubium vocante, HARTMANNUM noſtrum *Baſileæ* ſepultum eſſe. Immerito autem ſic opinati URSTISIUS, & *I. Rud.* ISELIUS, *Baſileenſes*, dicuntur, qui de monumento ſepulcrali tantum loquuntur. Ac aperte quidem prior in *Chron. Baſil.* lib. III. p. m. 139. alter in notis ad TSCHUDII *Chron. Helv.* ad an. 1282. not. a. Errori LAMBECIUS in Diario itineris *Cellenſis* cap. VI. locum dedit; cui manifeſte refragatur inſtrumentum donationis, quod in appendice edimus, quo RUDOLPHUS R. R. eccleſiæ *Baſileenſi* ius patronatus in eccleſias *Augſt* & *Zeiningen* confert ad annum 1285. addita confirmatione omnium Electorum imperii. Ubi quidem RUDOLPHUS diſerte dicit, id ſe facere pro ſalute animarum reginæ ANNÆ & filii HARTMANNI, nulla habita mentione CAROLI, paucis nimirum poſt nativitatem ac baptismum menſibus vita functi. *Colonienſis* autem & *Trevirenſis* epiſcopi expreſſe meminerunt ANNÆ & HARTMANNI, *Baſileæ requieſcentium*. Edimus quidem in appendice epiſtolam Anonymi *Galli*, qua EDUARDUM, regem *Angliæ* de morte HARTMANNI certiorem faciens, eum die Dominica ante Natale Domini in caſtello, nomine *Briſac* ad *Rhenum* fuiſſe ſcribit, illicque navem aſcendiſſe ad inviſendum ſuum patrem, ac deſcendendo *Rhenum*, navi ad truncum compulſa interiiſſe. Quod eorum ſententiæ favet, qui HARTMANNUM ſubmerſum perhibent prope *Rhenaugiam Alſatiæ*. At tunc ſecundo *Rheno Argentoratum* eius corpus translatum, ſepultumque potius fuiſſe, quam *Baſileæ* exiſtimandum eſt. *Baſileæ* autem ſepultum fuiſſe HARTMANNUM publica mox allata coæva documenta extra dubium ponunt. Quid? quod viſcera HARTMANNI in *Rhenaugienſi*, *Thurgoviæ Helveticæ* monaſterio condita ſint. Quam in rem hodieque extat monumentum.

IX.

IX. ANNÆ exuviis, *Basilea* ad novam ſepulturam in cryptam *San-Blaſianam* an. 1770. deportatis, adiacebant duo brachia, quæ pollincta quidem fuiſſe facile erat animadvertere, ſed robuſtiora erant imprimis, quam ut HARTMANNO adoleſcenti octodecim annorum tribui poſſint. Quid? quod reliquæ reſidui corporis HARTMANNI partes pollincturæ nullum præbuerint indicium? Quæ ſunt integra calvaria, mandibula inferior cum dentibus molaribus, vertebræ ſpinæ dorſi viginti, ceteræque coſtæ omnes, ac claviculæ. Quæ præterea oſſa ſceleti ingentis magitudinis adventitia ſunt, converſioni ac ruinæ ex ingenti illo terræ motu an. 1356. prima *Taphographiæ* parte adſcribi poſſe coniectura quidem fuit; perinde ac de quarta calvaria & non paucis oſſibus ætatem corporis humani novem circiter annorum arguentibus, quæ CAROLI reliquiis adiacent, de cuius corpuſculo multa deſiderari mirum haud eſt; cum enim vix quartum ætatis ſuæ menſem attigerit, tenerrima oſſicula reſolvi, & in cineres abire facile potuerunt. Superſunt tamen CAROLI calvaria fere integra, cuius fontanella adhuc patebat; mandibula autem inferior, necdum concreta, duodecim alveolis dentium diſtincta, prima dentium inciſoriorum rudimenta præſefert. Superſunt præterea ſcapulæ, claviculæ cum coſtis octodecim. Omoplata utraque, femora, ac tibiæ cum fibulis ſuis. Pellicula quædam tenuiſſima in dextera orbita calvariæ, quæ oculorum ſedes eſt, inventa, tunica cornea, ſeu ſclerotica fortean eſt. Vertebræ autem ſpinæ dorſi, os innominatum, unacum aliis tenuioribus partibus deſiderantur. Unum ANNÆ cadaver non tantum integrum ſupereſt, ſed etiam eius compages, prout Tab. II. æri inciſum damus, maximam partem illæſa eſt. Nonnullæ digitorum pedumque extremitates unguibus ſuis adhuc inſtructæ, caput quoque, truncus, brachia, & pedes nigricante quadam, ac ſolida cute obducta cernuntur.

Oſſa ad monaſterium S. BLASII transportata.

TAB. II.

C X.

ANNÆ R. R. tumulus novus cum inſcriptione TAB. VI. Lit. A.

X. Par erat ANNÆ, gentis *Habsburgo-Auſtriacæ* fœcundiſſimæ matri, ac auctrici mediæ inter ſobolem, progeniemque novæ cryptæ *San-Blaſianæ* illatam, inſignius ponere monumentum, erecta præcipuo editiorique loco ara, in qua conſpicuam eius protomem, peplo circumdatam, cum incumbente urna in utroque latere præfica oſtentat: iuxtim hæc legitur inſcriptio:

ANNA RUDOLPHI
I. REGIS ROM.
UXOR. OBIIT.
MCCLXXXI.

Pannum, quod ex tymbo defluit, in medio ſcutum ANNÆ exhibet coronatum, cum aquila imperii ſimplici: in pectore digma comitum de *Hohenberg* conſpicitur.

Nec non filiorum CAROLI, Lit. B.

XI. Infra pro pedibus reginæ loculus eſt infantis filii cum inſcriptione:

CAROLUS RUDOLPHI I. FILIUS
OBIIT. MCCLXXVI.

Triplex funeri adhæret ſcutum galero faſtigiatum. Superior pars perpendiculariter ſecta Landgraviatus *Alſatiæ* ac comitatus *Kyburgi* teſſeras exhibet. Inferne leo *Habsburgicus* comparet.

Et HARTMANNI. TAB. VIII. Lit. C.

XII. Quæ ad latus ANNÆ matris in primo receſſu a ſiniſtris conſita eſt arca, HARTMANNI oſſa contegit, de quo paullo ante, tum etiam *Taphogr.* noſtræ Parte prima. Obitus eius æram in memoriam revocat ſequens inſcriptio:

HARTMANNUS
RUDOLPHI I.
FILIUS
OBIIT
MCCLXXXI.

Scu-

Scutum pileo ducali tectum in duas partes dividitur, in cuius prima leo *Habsburgicus* in pedes erectus, sistitur, altera laterculum *Alsatiæ* coccineum, baltheo aureo diagonaliter sectum exhibet, cuius areolæ superiori tres coronæ eiusdem metalli, totidemque inferiori inscriptæ sunt.

XIII. Reliquis *Basilea* allatis ossibus, etsi monumentum ponere certum non liceat, in adversa tamen parietis parte cryptæ interioris vel ideo separatis loculis deponenda duximus, quod, etsi RUDOLPHUS pro solius ANNÆ coniugis & HARTMANNI filii *remedio animarum* an. 1285. ecclesiæ *Basileensi* iura patronatus ecclesiarum in *Augst* & *Zeiningen*, ut diximus, donaverit, ex nonnullorum scriptorum tamen sententia possint ad eandem *Habsburgicam* gentem pertinere. *Iac.* MANLIUS in lib. de sepulturis stirpis *Austriacæ*, qui in præfatione testatur, se id a MAXIMILIANO II. Imp. in mandatis accepisse, ut undique in ecclesiis ac monasteriis monumenta sepulcralia *Austriaca* pervestigaret, mox in ingressu operis nominat CAROLUM, ALBERTI, qui RUDOLPHI I. parens fuit, filium, qui iuvenis obierit *Basileæ* sepultus. In parte altera chronici *Colmariensis* coævi memoratur eiusdem ALBERTI filius sine nomine, quem *clericum fecit, eique beneficia plurima contulit, sed iuvenis de hoc sæculo migravit.* In prima iuventute obiisse necesse est, si eius ossa sint, quæ paullo ante *Basilea* allata memoravimus, duo item brachia cute nigra inducta, unde pollincta, atque adeo personæ primariæ fuisse haud temere iudicatur. Sunt quidem hæ corporis adulti exuviæ, sed non eius staturæ, cuius præterea ingentis admodum adsunt femoratiliæ, cum fibulis suis, atque scapulæ, omnia præter morem flavescentia, an ex pollinctura levius tincta, statuere non ausimus. Præter auctoritatem etiam veterum, recentiores nonnulli plures ALBERTI *Sapientis* filios, RUDOLPHI R. R. fratres,

Ossa reliqua.

 suis

a ſuis nominibus compellant. STUMPHIUS, a) & apud GUILLIMAN-
b c NUM b) alii, quos explodit P. HERRGOTT; c) quod ALBERTUM & HARTMANNUM ſolos in veteribus documentis indubitatis reperit, & quidem ALBERTUM Canonicum *Argentinenſem* & *Baſileenſem*, miſſo HERMANNO, quem ultimum recenſet VIGNERIUS apud laud. P. HERRGOTT, itidem Canonicum *Baſileenſem*; ALBERTUM autem primo loco ponit Canonicum *Baſileenſem*, qui occiſus in *Italia* captivus fuerit. Quod quidem citatum chron. *Colmar.* de altero RUDOLPHI fratre perhibet, cui ALBERTUS pater cum RUDOLPHO dignitatem & dominium commiſerit. Enimvero ALBERTUS hic in diplomatibus paſſim occurrit apud P. HERRGOTT, nonnunquam expreſſe canonicus *Argentinenſis* & *Baſileenſis* dictus, veluti etiam in necrologio *Wettingenſi*, quod diem mortis ponit XIX. *Kal. Ian.* anno, & loco omiſſis. Annum quidem mortis determinat GUILLIMANNUS 1256. ſed, qua id auctoritate ſtatuat, non addit: uti nec illi, qui eundem citius, quam authentica permittant diplomata, *Baſileæ* canonicum obiiſſe aſſerunt. Hæc commemoraſſe ſaltem abs re haud fuerit, de quibus tamen altum apud ſcriptores *Baſileenſes* eſt ſilentium, URSTISIUM etiam chronographum
d *Baſileenſem*, qui, & poſt eum ISELIUS d) de ipſo HARTMANNI monumento ruinas urbis *Baſileenſis*, ingenti terræ motu an. 1356. concuſſæ, accuſant, perinde ac nos in prima *Taphographiæ* noſtræ parte de his cadaverum reliquiis, an non adventitiæ ſint, hæſimus. Quod, donec clarior hiſtoriæ affulgeat lux, in medio relinquimus, dum interim oſſa hæc incerta cum certis aſſertisque, prout habuerunt in eccleſia cathedrali *Baſileenſi*, eadem ſepultura in crypta nova *San-Blaſiana* donamus.

CAP. III.

a) Chron. *Helvet.* lib. VII. c. 13.
b) *Habsb.* lib. VI. c. 3.
c) *Geneal. dipl.* tom. I. lib. II. c. 1. p. 129.
d) In not. ad TSCHUDII Chron. *Helv.* ad an. 1282.

CAPUT III.

DE ELISABETHA, ALBERTI I. ROM. REGIS, UXORE.

§. I.

Progredimur ad aliam progeniem, ac corpora, quæ ex crypta *Kœnigsveldensi* ad novam *San-Blasianam* sunt superiori anno MDCCLXX. translata. Neque vero supervacaneum ducimus, iis, quæ breviter priori *Taphographiæ* a) parte, cryptam *Kœnigsveldensem* describendo, diximus, adiicere, quæ historiam tantorum principum attinent, quorum cineres iam ecclesiam ac monasterium illud ornant, in quo tot iam annis, tanto studio ac impensis in illustranda historia *Habsburgo-Austriaca* est elaboratum.

Inter funera cryptæ *Kœnigsveldensis.*

a

II. Primum hic locum pro merito suo obtinet ELISABETHA, ad latus ANNÆ, uxoris RUDOLPHI I. R. R. qui etsi familiæ suæ *Austriacas* provincias adiunxerit, earum tamen titulum non sibi usurpavit, sed filiis transscripsit, ALBERTO imprimis primogenito, cui hanc ipsam etiam destinavit coniugem ELISABETHAM, filiam MAINHARDI IV. Comitis *Tyrolensis*, a socero suo RUDOLPHO postea ducatu *Carinthiæ* investiti. Quod vero paullo ante de ANNA mirum diximus, adhuc de origine tam Augustæ principis necdum rem omnino exploratam esse; videri posset etiam in ELISABETHA, saltem quoad eius matrem, locum habere, quam gravissimi Scriptores AGNETEM, GERTRUDIS *Austriacæ* ex HERMANNO *Badensi* filiam asseruerunt. At vero ea, quæ prima parte *Taphographiæ*

Elisabethæ, Alberti I. uxoris genus.

Tab. VII. Lit. D.

a) Lib. II. cap. VI. p. 132. seq.

a *phiæ* explicavimus, a) rem extra dubium ponere exiſtimamus, matrem ELISABETHÆ noſtræ fuiſſe cognominem ELISABETHAM, HENRICI ac LUDOVICI *Severi, Bavariæ* Ducum ſororem. Unde etiam eandem *Bavaram* HAGENUS & Anonymus, quem in appendice edimus, diſertis his verbis tradunt. *Diſe edel Fürſtin was von dem Huſ der Hertzogen von* KERDERN *geboren, aber ir Muter von dem Huſ der Fürſten von* PEYGER.

Eiusdem numeroſa proles.

III. Mater fœcundiſſima fuit ELISABETHA, plurium liberorum, quam ANNA, RUDOLPHI I. coniux, parens. Non memini tamen me uſpiam viginti ſex legiſſe apud veteres, quot ei tribuit LUDEWIGIUS in *Germania Principe.* b) Quod addit, imprimis notatu dignum, nullum hodie *Europa* regem, paucos vero principes haberi, qui non ex liberorum aliquo ELISABETHÆ recta deſcendiſſet linea: MEGISERUS oſtendit in libro peculiari. *Vitus* ARENPECKIUS c) novemdecim, HAGENUS d) & Anonymus noſter in appendice viginti unam prolem enixam ELISABETHAM ferunt; ex quibus HAGENUS undecim *aynleff*, Anonymus duodecim in Principes adoleviſſe dicit: *Von denen wurdent zwölff Fürſten und Fürſtin.* Tot quidem ſuperſtites reliquiſſe ALBERTUM I. poſt funeſtam necem etiam perhibet Anonymus cœnobita *Zwetlenſis* e) in chron. & *hiſtoria Auſtrali* f) apud FREHERUM, ſed RUDOLPHUM etiam, *Bohemiæ* Regem, computando, qui ante patrem mortuus eſt. Nec in recenſione filiarum plus, quam quinque numerantur. In diplomate RUDOLPHI & FRIDERICI, quod in appendice edimus, filiorum ALBERTI & ELISABETHÆ, fratres

a) Lib. I. cap. VIII. p. 83. 84. Add. Auctar. diplom.
b) Lib. I. c. I. p. 141.
c) Apud *Hier.* PEZ. T. I. col. 1237. a. b.
d) Ibid. col. 1129. c.
e) Apud eund. PEZ. *Rer. Auſtr.* T. I. col. 992. a. b.
f) Script. Rer. *Germ.* T. I. p. 489.

fratres nominantur LUPOLDUS, HEINRICUS & ALBERTUS. Da-
tum eſt diploma VII. Kal. *Aprilis* an. 1299. id eſt die 26. *Martii.*
unde fallit ratio, a Sodalibus meis in *Pinacotheca Princ. Auſtr.* al-
lata a) de natali die HEINRICI & ALBERTI. MEINRADUS vero a
& OTTO duobus ſequentibus annis prognati fuerunt. Uterque
quippe legitur apud SCHANNATUM b) in litteris feudalibus an. b
1301. in feſto S. DIONYSII, id eſt nona *Octobris.* Quibus ta-
men P. HERRGOTT in *Geneal. diplom. Habsb.* fidem integram nec-
dum tribuebat. c) MEINRADUS certe cum illis cenſendus eſt, c
qui antequam adoleſcerent, obierunt. Add. P. STEYRER in ad-
ditionibus ad Commentar. pro hiſtoria ALBERTI II. p. 1. Reliqui re-
cenſentu r in tabula *Kœnigsveldenſi,* ſcripta ſub FRIDERICO *Pulchro*
R. R. inter annos 1314. & 1330. quam ſodales mei in *Pinaco-
theca Auſtr.* ediderunt d) eodem omnino ordine, quo in chronico d
monaſterii *Stamſenſis* in *Tyroli* apud *Hier.* PEZIUM, e) & hiſtoria *Au-* e
ſtrali cenſentur. In Anonymo *Zwetlenſi* eodem ordine veniunt,
ac in noſtro diplomate. Ubique etiam nuptiæ ac ſtatus coniuga-
lis notatur, ſed omnium explicatius ALBERTUS *Argentinenſis,* f) f
non ſemel tantum proles etiam annotat, cuius tamen errores non-
nulli iam in *Pinacotheca Auſtriaca* g) ſunt animadverſi. Copioſior g
omnibus eſt Anonymus noſter, quem in appendice edimus, quo-
cum fere verbis etiam iisdem convenit HAGENUS, ſed noſter ex
profeſſo fundatricum monaſterii *Kœnigsveldenſis* ELISABETHÆ &
AGNETIS hiſtoriam deſcribere in ſe ſuſcepit, longeque diffuſior, haud
raro etiam fabuloſus eſt.

IV.

a) P. II. lib. I. c. VI. §. II. p. 70.
b) Clientela *Fuldenſ.* Probat. num. VIII. pag. 197.
c) T. I. p. 211.
d) Monum. *Auſtr.* T. III. P. II. p. 37. ſeq.
e) Script. Rer. *Auſtr.* T. II. p. 458. a.
f) Apud URSTIS. Script. Rer. *Germ.* P. II. p. 105. & 111.
g) P. I. Proleg. III. p. LXII. ſeqq.

Celebris coronatio *Norimbergæ.*

IV. Non ita, poeta licet HORNECKIUS, qui multa in laudem ELISABETHÆ canit, inter alia coronationem, *Norimbergæ* a) in frequentibus comitiis an. 1298. factam, præsentibus pene omnibus electoribus, ut testatur chr. *Colmar.* b) ad latus ALBERTI, haud ita multo ante *Aquisgrani* coronati, atque in corona filiorum, teste HORNECKIO c) *an dem nachsten Suntag vor Singes Zeit* : proxima nimirum dominica ante adventum, eratque eo anno dies 23. *Novembris.* Equidem quoad diem non solum, sed annum etiam non satis sibi conveniunt veteres ac recentiores Scriptores, sic conciliandi, ut comitia illa ad festum S. MARTINI labentis anni 1298. indicta, nonnihil longius protracta dicantur; ELISABETHA etiam adhuc *Norinbergæ* moras trahente, ineunte anno 1299. ut palam fit duobus ex diplomatibus dat. *in octavis Epiphaniæ Domini* eius anni, quæ apud TSCHUDIUM in *chron. Helv.* leguntur. d)

Pietas erga maritum.

V. Idem narrat HORNECKIUS, e) ELISABETHAM, ut maritum ALBERTUM de insidiis, quas ex fratre RUDOLPHO nepos vitæ struebat, moneret, ad castrum *Habsburg*, quod monasterio *Kœnigsveldensi* imminet, contendisse. At parricidium impedire haud potuit. Videtur ALBERTUS ELISABETHÆ adventum prævenire voluisse ad eandem *Rhenofeldam* instituto itinere, in comitatu habens IOANNEM cum ceteris sicariis, a quibus veterem inter *Vindonissam* & oppidum *Brugg* est trucidatus prima *Maii*, ut cum aliis Scriptoribus pluribus Anonymus noster prosequitur. Obscurius paullo post idem attingit, quæ HORNECKIUS explicatius narrat, f) ELISABETHÆ studia ac contentionem tum reconciliandi filiorum suorum animos, inflammandique ad vindicandam nefandam

a) Apud *Hier.* PEZ. T. III. Script. Rer. *Aust.* cap. DCLXXXVII. p. 630.

b) Apud URSTIS. Script. Rer. *Germ.* P. II. pag. 60.

c) Loc. cit. p. 632. 633.

d) Ad an. 1299, p. 221.

e) Pag. 808.

f) Ibid. p. 829. 833. seq.

nefandam ALBERTI patris necem, cum etiam ut eius cadaver in ſepulcrum Imperatorum *Spiræ* inferretur. Quod ea conditione factum, ut idem honos etiam fieret ADOLPHO, præſente item Imperatore HENRICO VII. quam rem, a ſeculis inauditam, egregie deſcribit HORNECKIUS, a) dum tres Imperatores, unus vivus, duo mortui, unaque uxores adeſſent. a

VI. ELISABETHA haud contenta *Viennæ Auſtriæ*, ubi poſt mortem mariti potiſſimum reliquæ vitæ tempus traduxit, inſtituiſſe anniverſarium in monaſterio *Benedictinorum Scotorum* (alterum in Xenodochio oppidi *Styrenſis* notavimus parte prima *Taphogr.* p. 143.) in ſolatium animæ defuncti: cuius confirmatio an. 1314. mortua iam ELISABETHA a FRIDERICO filio facta habetur in auctario diplomatum T. I. *Monum. Auſtr.* b) animum præterea induxit ad celebre illud fundandum monaſterium *Kœnigsveldenſe*, geminum quidem Ord. S. FRANCISCI virorum *Minorit.* ac virginum S. CLARÆ, poſteaquam iam cum marito an. 1302. monaſterium *Kœnigsbrunenſe* in *Suevia* fundaſſet. c) HAGENUS, & Anonymus noſter, cuius chronicon, quod proprie *Kœnigsveldenſe* dici poteſt, in appen-

Fundato imprimis in loco parricidii *Kœnigsveldenſi* cœnobio utriusque ſexus.

b

c

a) Ibid. p. 837.
Nu prueften all die da warn
Ain Wunder, dem in hundert Jarn
Nie dhains ward geleich
Zwar es was auch wunderleich
Under ander Wunder Zal
Daz zu ainem Mal
Römiſcher Kunig drey,
Die des nicht warn frey
Sy heten pey irn Tagen
Des Reichs chron tragen
Mit einander ſach man die,
Ze Speyr in dem Munſter hie,
Den ain ſach man gen,
Dy zwen aufgepart ſten,
Auch ſach man die entſampt,
Dieweil man pegie das amt,
Ir aller drey Frawen,
Der yegleich ſich hat laſen ſchawen
Von den Furſten ſchon
Gechront mit des Reiches chron
Dyez was e
Geſehen nie me.

b) Pag. 224.

c) BESOLD. *Docum. rediviv.* T. I. p. 391. ſeq.

pendice edimus, adhuc explicatius, primum ſacellum eo in loco, in quo exanime ALBERTI corpus repertum fuit, ædificatum fuiſſe, narrat, unaque domum pro duobus fratribus Ord. S. FRANCISCI, quos nominat, mox etiam quatuor alios, qui prioribus acceſſerunt, nec non primas virgines ſeu ſorores S. CLARÆ, unaque primam Abbatiſſam HEDWIGEM. Meminit porro, dum fundamenta effoderentur, reperta eſſe lithoſtrota peregrini operis, *Romani* ſcilicet, nummos item aureos, argenteosque. *Vindoniſſa* hic loci olim ſita ad amnem *Urſam*, ubi *Arulam* ingreditur, unde etiam nomen adhæſit proximo vico *Windiſch*. Suburbium *Vindoniſſæ* fuiſſe, opinio eſt, oppidum *Bruck*, propter traiectus neceſſitatem conſervatum, cui propinquum admodum eſt monaſterium *Kœnigsvelda*, ſeu *Campus Regius*. Lapidem primum poſuiſſe ELISABETHAM Anon. noſter teſtatur præſentibus LEOP. & HENRICO *Auſtr.* principibus, AGNETE Regina *Hungar.* CATHARINA duciſſa *Calabriæ*, GUTTA uxor Comitis de *Oettingen*, ELISABETHÆ prolibus. Cuius icon in feneſtris templi conſpicua eſt, ambabus manibus templum ea forma, qua hodieque cernitur, ſuſtinentis. Altare princeps, addit, eo loci poſitum eſſe, ubi primum ſacellum fuerat, atque ALBERTUS occiſus fuit, quod aliis etiam eſt memoratum. In navi eccleſiæ monumentum ſepulcrale exſurgit ex marmore, ut in prima *Taphographiæ* noſtræ parte explicatur, adum-
TAB. I. bratumque videre licet tab. I. imminet autem monumentum cryptæ funereæ Ducum *Auſtriæ*, aliis corporibus ad latera eccleſiæ
a ſepultis. *Felix* FABER in hiſtoria *Suevorum*, a) *Kœnigsveldæ* etiam IOANNEM Ducem *Parricidam* ſepultum, auctor eſt, qui facti pœnitentia ductus, prope *Kœnigsveldam* ædificato ſibi tugurio, in eo duxerit vitam ſolitariam. Quod acre AGNETIS imprimis filiæ ALBERTI, & ELISABETHÆ ulciſcendi mortem parentis ſtudium vix per-

a) Apud GOLDAST. *Script. Rer. Suev.* p. 48.

permittit, ut credamus. Anonymus noſter dicit, quorundam opinionem eſſe, IOANNEM *Pariſios* conceſſiſſe, ibique diem ſuum obiiſſe. a) a

Ardor vindicandi necem excuſatur.

VII. HORNECKIUS plurimos magnatum *Auſtriacorum*, IOANNIS partes deſeruiſſe ſcribit, b) qui ad preces ELISABETHÆ noſtræ rebellionis ſuæ veniam impetraverint: ſic etiam interventu ELISABETHÆ UDALRICUM comitem de *Heunburg* in gratiam receptum c) antea narraverat, ac pluribus imprimis ELISABETHÆ ſtudia ac molimina ad diſcordiam ALBERTI cum eccleſia *Salisburgenſi* d) tollendam, atque RUDOLPHUM Archiepiſcopum eidem reconciliandum, adhuc vivente RUDOLPHO I. quam ob rem etiam ELISABETHAM dilaudat HANSIZIUS. e) Iterumque HORNECKIUS, qua contentione allaboravit ELISABETHA, irrito licet conatu, CONRADUM, RUDOLPHI in ſede *Salisburgenſi* ſucceſſorem, apud ALBERTUM in veterem amicitiam reducere. f) Hæc pacis ſtudia commemoro, ad excuſandum ardorem ulciſcendi mortem mariti, quem in vita intime dilexit, viciſſim ab eo amata. b c d e f

Mors & Sepultura.

VIII. Eius viduitatem ceterum impenſe dilaudant, HAGENUS imprimis, & Anonymus noſter *Kœnigsveldenſis*, piis ſtudiis traductam, ac felici conſummatam morte in corona filiorum ac filiarum, quibus ſingulis legata faciens, monaſterium *Kœnigsveldenſe* commendat, partemque ſuam, ac animæ ſuæ, uti dicebat, eidem monaſterio adſcribit, pie defuncta anno 1313. quinto Kalendas *Novembris* iuxta HAGENUM, chronicon noſtrum *Kœnigsveldenſe*, & alios a nobis alibi citatos, eos etiam, qui perperam ad annum ſequentem obitum eius reponunt, quibus concinit continuator MAR-

a) Taph. P. I. lib. II. c. IV. p. 128.
b) *Hieron.* Pez. Script. Rer. *Auſtr.* T. III. cap. DCXXIX. p. 580.
c) *Ibid.* p. 545. cap. DLXXXII.
d) *Ib.* p. 315. cap. CCCLVII.
e) *Germ. Sacræ.* P. II. p. 437.
f) L. c. p. 523. cap. DLIV.

a MARTINI *Poloni* a) apud ECCARDUM ad an. 1314. his verbis: *Hoc etiam anno moritur domina* ELISABETH *Ducum Auſtriæ genitrix veneranda.* Studioſe autem ſcripſiſſe produnt ea, quæ mox ſequuntur: *Anno ſequenti ſcilicet MCCCXV. Vitus* ARENPE-
b CKIUS apud *H.* PEZIUM, b) eandem *Viennæ* apud *Carmelitas* ſepultam eſſe narrat: ubi ſupervacanea eſt ea ad oram inferiorem editoris nota, loco *Viennæ* legendum eſſe *in Campo regio vulgo Kunigsfeld*: cum inter omnes conſtet, calculum addente etiam chronico noſtro *Kœnigsveldenſi*, eamdem, cum citius per bellum, FRIDERICUM *Pulchrum* inter & LUDOVICUM *Bavarum* non licuiſſet, primum tertio poſt mortem anno *Kœnigsveldam* tranſvectam eſſe. Corrigendum igitur hic eſt chronicon de origine & hiſtoria Archiducum *Auſtriæ*, quod edidit B. de SENCKENBERG T. IV. *Sel. Iur.* ubi p. 89. numerus triceſimus loco ternarii legitur. Eſt in manu mea Mſc. chronicon *Auſtriacum Iac.* LANGHANS, notarii publici *Bernenſis*, quod plerumque ad verbum convenit cum edito a SENCKENBERGIO, forte eiusdem auctoris aucto & digeſto. In noſtro autem Mſc. *nach dryen Iahren*, id eſt, *poſt annos tres*, translatio facta expreſſe legitur. Scripſit auctor demum ſub FERDINANDO III. circa medium ſeculi elapſi. Edimus in appendice litteras indulgentiarum a quatuordecim partim Archiepiſcopis, partim Epiſcopis *Avenione* datas an. 1329. In eorum gratiam, *qui pro animabus Dominæ* ELISABETH *quondam reginæ Romanorum, & LUPOLDI, & HENRICI liberorum ſuorum, quondam ducum Auſtriæ, quorum corpora in monaſterio de* KUNIGSFELT *Conſtantienſis diœceſis in* CHRISTO *requieſcunt, humata: & qui pro ſalubri ſtatu Dominæ* AGNETIS *filiæ dictæ* ELISABETH, *quondam reginæ Hungariæ, dum vixerit, & anima ſua, cum ab hac luce migraverit,*

a) *Corp. Hiſt.* medii ævi T. I. col. 1443. b) T. I. *Script. Rer. Auſtr.* col. 1237. b. c.

graverit, & animabus omnium defunctorum orationem Dominicam, cum salutatione angelica pia mente dixerint.

IX. Ad novam cryptam *San-Blasianam* translatum ELISABETHÆ sceleton dissolutum quidem est, nulla tamen illius pars, si mandibulam inferiorem excipias, desideratur. Quo fato ea interierit, coniicere haud licet: cum funeris huius loculus integer, ossa intacta, situque suo naturali composita a nobis in *Campo regio* sint inventa: vestis item ex serico sat integra cum peplo seu reticulo, quo caput involutum fuerat. Novo conditorio sequens inscriptio insculpta est:

Translatio ac conditorium.

ELISABETH
REGINA
ROMANORUM
ALBERTI I. UXOR
OBIIT
MCCCXIII.

Scutum, quod appendet in tres partes dividitur: superior simplicem imperii aquilam, digma *Austriacum* in pectore gerentem, inferior altera aquilam *Tyrolensem*, altera tres leones *Carinthiacos* repræsentant. Corona regia hic clypeus tegitur.

CAPUT IV.

DE LEOPOLDO SEU LUPOLDO ET HENRICO FRATRIBUS, ET FRIDERICO FRIDERICI R. R. FILIO.

§. I.

Proximos post ELISABETHAM matrem in nova crypta *San-Blasiana* loculos occupant LUPOLDUS, seu LEOPOLDUS, & HENRICUS fratres, ALBERTI I. filii. Ille primus eius

LUPOLDI res apud HENRIC. VII. *Spiræ* 1309.

nominis inter Duces *Auſtriæ* ex ſtirpe *Habsburgica*, *Bellicoſus*,
Glorioſus, ſeu *Gloria equitum* nominatus ob inſignem in armis, re-
a busque gerendis virtutem. a) Is in HENRICI VII. ALBERTI I. ſuc-
ceſſoris gratiam ſe ſe inſinuans, acceptis ab eo poſſeſſionibus IOAN-
NIS *Parricidæ*, aliis etiam avitis cum fratre FRIDERICO inve-
b ſtitus *Spiræ*, ut rem narrat HORNECKIUS, b) æmulationem item
HENRICI Imp. explicans ob militum magnum apparatum, quem
ad Cæſaris comitatum attulerant: quamobrem etiam HENRICUS
eos bello aggredi cogitaverit, ſed factæ a FRIDERICO excuſationi
acquieverit. Ibidem porro coram Cæſareo tribunali FRIDERICUS
& LUPOLDUS cauſſam egerunt contra IOANNEM Ducem *Auſtriæ*
parricidam, eiusque manipulum, ut proſcriberentur, obtinuerunt.
Quam in rem Cæſaris edictum *Spiræ* datum menſe *Sept.* an. 1309.
c apud P. HERRGOTT in cod. probat. *Geneal. Habsburg.* c) habetur.

Lupoldi, in gratiam monaſterii S. Blaſii, ubi nunc quieſcit, diplomata.

II. Proxime antecedit apud eundem P. HERRGOTT diploma
LEOPOLDI, quo LUTOLDO Sacerdoti de *Ransbach* collationem
præbendæ in capella *Novæ cellæ* confirmat eodem anno dat. *Win-
tertur* die 14. *April.* d) quæ poſtea an. 1315. monaſterio S. BLA-
SII ceſſit, eodem LUPOLDO donante, ut apud eundem P. HERR-
GOTT legere eſt e) diploma, cui in gratam memoriam aliud eius-
dem LUPOLDI iungimus in appendice an. 1319. quo ædem B. M. V.
Totmoſianam donat. Item LUPOLDUS poſtea an. 1325. ad Io-
d e
AN-

a) „ LEOPOLDUS (ut habet chronicon *Kœnigsveldenſe*) was Künig ALBRECHTZ dritt geborn, ein man der eins Löwen muot fuort in allen ſachen groſſmuotig, und fürſichtig. Er hat ein Weip die hieſſ frow KATHERIN ein Gräffin von *Sapſon*, die was von ir muoter ein Hertzogin von *Brabant*, Keiſer HEINRICH hatt ir Sweſter, das tätt im Keiſer HEINRICH, was landen und lüten Hertzog HANS zuogehort von deswegen Küng ALBRECHT erſchlagen wart, das eigent er alles Hertzog LüPOLDEN und frow KATHERIN ſinem wib. „

b) Apud *H.* PEZ. T. III. *Script. Rer. Auſtr.* cap. DCCCXXIII. ſeq. pag. 835.

c) Vol. III. n. DCCIII. p. 592.

d) Ib. n. DCCII.

e) Ib. n. DCCXIX. p. 605.

ANNEM XXII. litteras interceſſionales dedit pro eodem monaſterio S. Blasii, quod an. 1323. igne conflagraverat, in quod iam monaſterium, idem iterum incendii infortunium an. 1768. perpeſſum, eiusdem Lupoldi cadaver eſt translatum, novæ eccleſiæ, e fundamentis ſurgenti, inferendum.

Lupoldus, Alberti patris ultor, quo modo Ioannis parricidæ hæres?

III. Poſt hanc importunam digreſſionem ad Lupoldi res ſtrenue geſtas regredimur, quem unacum fratribus ceteris animatum a matre Elisabetha ad ulciſcendam patris Alberti mortem iam memoravimus, isque imprimis egiſſe rem legitur, ac quidem apud Horneckium cum Friderico fratre. a) Io. *Vitoduranus* autem, coævus etiam Scriptor, de uno Lupoldo pluribus eandem in rem facit ſermonem, his orſus verbis: b) *Poſt hæc ſurrexit filius Regis* Alberti *alter Iehu dictus* Lupoldus *in furore magno, & ſeverus ultor factus eſt ſanguinis patris ſui.* Explicat autem multa ſigillatim, quæ continuator Martini *Poloni* apud Eccardum c) his verbis breviter memorat: Leopoldus *autem prædictos auctores perſequens, illos miſerabili morte, rotarum videlicet inflexione peremit, ſuosque filios & uxores de terra radicitus extirpavit.* B. de Senckenberg d) tuetur Principum *Auſtriæ* vindicandi paterni ſanguinis ardorem contra ſcriptores nonnullos ſuumque chronographum, cui conſpirat MS. *I.* Langhans: qui iisdem etiam verbis Leopoldum, Ioannis parricidæ patrimonium *Kœnigsveldenſe*, ac hæreditatem ducatus *Sueviæ* occupaſſe aſſerit, uſumque titulo ducis *Sueviæ* hunc in modum: e) Leopoldus *Dei gratia Auſtriæ, Styriæ, Sueviæ, Carinthiæ, & Meraniæ Dux, Dominus Carniolæ & Portus-Naonis, Comes Habsburgæ & Kyburgæ Lant-*

a) Apud *H.* Pez. *Script. Rer. Auſtr.* T. III. c. DCCCXXII. p. 833.

b) *Theſ. Script. Helvet.* p. 17. & apud Eccard. *Corp. Script. medii ævi.* T. I. p. 1770.

c) Ib. p. 1435.

d) Sel. Iur. Tom. IV. p. 81.

e) Ib. p. 56.

Lantgravius Alſatiæ. Sed diplomata, quæ in appendice referimus, tum plura alia, quæ vidimus, nuſpiam titulum Ducis *Sueviæ*, nec quidem Principis, quo poſtea uſi ſunt Archiduces *Auſtriæ*, præſeferunt. Conf. P. STEYRER in additam. ad ALBERTUM II. p. 305. ubi de RUDOLPHO IOANNIS patre agit: dum IOANNES ALBERTUM I. avunculum ſuum ideo occidit, quod ab hereditate adeunda ab ALBERTO prohibitus ſit. Vid. quæ de ducatu *Sueviæ*, a RUDOLPHO I. R. R. filiis ſuis aſſerto, Sodales mei in *Pinac.* Duc. *Auſtr.* P. I. Prol. III. p. LIV. ſeq. nosque in *Faſtis Rudolph.* p. CXXVIII. diximus. Chronicon *Kœnigsveldenſe* dum de LUPOLDO agit, memorat HENRICUM Imperatorem LUPOLDO aſſeruiſſe ditiones omnes, quæ ad IOANNEM parricidam pertinebant, in gratiam CATHARINÆ eius uxoris.

LUPOLDI in *Italia* res in comitatu HENRICI VII.

IV. LEOPOLDUS noſter HENRICO VII. Imperatori in expeditione *Italica* ad capeſſendam imperii *Romani* coronam comitatum præſtitit, ac ſtrenuam operam contra refragarii imprimis GUIDONIS de *Turri* inveſtationes, urbem *Mediolanenſem* virtute bellica captam tutatus. *Ibi etiam*, ſunt verba VOLCMARI Abb. ſcriptoris coævi, ac minime ſuſpecti: a) LEUPOLDUS *Dux Auſtriæ cum ſuis, ut aiunt, fortiter pugnans de multo conflicto in Regis ſervitio ſtrenue triumphavit.* Mendoſus eſt locus *Chron. Zwetlenſis* b) apud *Hier.* PEZIUM ad an. 1311. ubi dicitur: *Rex* HEINRICUS *cum adiutorio Ducis* LEUPOLDI *fratris Ducis Auſtriæ multas potentes civitates in Gallia* (lege *Italia*) *expugnavit. Brixiam* imperatorem obſidione cinxiſſe, antequam *Mediolanum* aggrederetur, ex laudato diſcimus VOLCMARO, legiturque apud SCHOEPFLINUM c) HENRICI diploma datum *in caſtris a . . Brixiam* III. Non. *Iulii* an.

a) Apud OEFEL. *Script. Rer. Boic.* T. II. p. 544. col. 2.

b) *Script. Rer. Auſtr.* T. I. col. 535. b.

c) Cod. dipl. *hiſt. Bad.* T. V. p. 335. ſeq. num. CCVIII.

an. D. 1311. Quare *Imperator*, ſunt verba Anonymi *Leobienſis*, a) LEUPOLDUM *diligens pro virtute in die Epiphaniæ aureo cipho* (ſcypho) *pleno florenis aureis honorat, ſororisque ſuæ, Comitis Sabaudiæ filiam*, KATHERINAM *nomine, coniungi in matrimonium procuravit.* Agemus de his nuptiis LUPOLDI cum CATHARINA *Sabauda* (cuius mater ſoror erat uxoris HENRICI Imp.) infra ſuo loco. Alias vero nuptias actitavit LUPOLDUS in *Italia*, ſororis nimirum ſuæ CATHARINÆ, cum ipſo HENRICO Imp. cuius uxor in illa expeditione obierat; ſed hoc etiam matrimonium, ſponſa iam cum matre ipſa ELISABETHA approperante, morte funeſta imperatoris interceptum fuit. De his rebus tractant pluribus, tum citati VOLCMARUS & Anonymus *Leobienſis*, cum alii etiam veteres auctores. Legere eſt apud P. HERRGOTT diploma HENRICI Imp. datum *Ianuæ* altera die *Ianuarii* an. 1312. b) Sequitur mox LUPOLDI diploma dat. *Badæ* in *Helvetia* ſequenti anno 1313. die quinta *Februarii*. c)

LUPOLDI bella in gratiam FRIDERICI fratris in *Helvetia*.

V. Sequenti anno facta diſcors imperatoria electio FRIDERICI *Pulchri* fratris LUPOLDI, & LUDOVICI *Bavari*, Noſtro multiplex bellandi cauſſa ad finem usque vitæ fuit. Ac primum quidem vaſtatis villis *Spirenſium* & aliorum in *Bavariam* excurriſſe ALBERTUS *Argentinenſis* auctor eſt. d) Curſu celeri expeditiones has factas fuiſſe neceſſe eſt, facta electione, ut idem teſtatur, in feſto S. LUCÆ, 18. nempe *Octobris* an. 1314. FRIDERICUM menſe *Aprili* ſequentis anni in *Helvetia* fuiſſe, palam facit diploma datum *Turegi* in confirmationem privilegiorum & immunitatum ab avo RU-

a) Ap. *H.* PEZ. loc. cit. col. 902. a.
b) Cod. probat. *Geneal. Habſ.* vol. III. n. DCCVI. p. 604.
c) Ib. n. DCCXVII.
d) Apud URSTIS. *Script. Rer. Germ.* P. II. p. 119.

RUDOLPHO, & patre ALBERTO eccleſiæ collegiatæ *Turic.* con-
ceſſarum, quod in appendice edimus. Indictam tum fuiſſe ſolem-
niſſimam curiam *Baſileæ* idem perhibet, celebratisque ibidem nu-
ptiis tum FRIDERICI cum LUPOLDI, obſediſſe LUPOLDUM *So-
lodorum*, & ad recognoſcendum fratrem ſuum pro rege, coegiſſe,
aſcendiſſeque cum magno exercitu verſus *Suiciam*, fratri villas illas
a ſubiugaturus. Bellum hoc pluribus deſcribit IO. *Vitoduranus*, a)
quod LUPOLDO male ceſſit infelici apud *Morgarten* prælio, anno
1315. 16. *Novemb.* De quo *Suitenſes* LUDOVICUM *Bavarum*
certiorem facientes, mox altera poſt prælium die benignum ab eo
reſponſum tulerunt, quod refert TSCHUDIUS in chron. *Helv.* ad
b hunc annum: b) quo etiamnum *Urii, Suitii*, & *Subſylvani* fœdus
primum in litteras referunt, & iuramento confirmant die *Martis*
poſtridie S. NICOLAI, id eſt 7. *Decembris*, cuius extat apud SIM-
LERUM formula Lib. I. de *Republica Helvet.* Ad memoratum præ-
lium pertinere videtur, quod in *Hainrici* REBDORF Annalibus a-
c pud FREHERUM ad an. 1318. refertur his verbis: c) *Dux* LEU-
POLDUS *frater prædicti* FRIDERICI *grave bellum cum* SUITENSI-
BUS *habuit, in quo multos nobiles amiſit.* Interim enim, dum pagi
Helvetii, quos iam memoravimus, cum *Lucernatibus* & *Claronen-
ſibus* digladiantur, HARTMANNUS vero & EBERHARDUS comites
de *Kyburg* fœdere contra *Suitenſes* an. 1318. ſe iungunt, quod a-
d pud P. HERRGOTT legere eſt: d) dumque a LUPOLDO *Solodo-
rum*, quod LUDOVICI partes ſequeretur, eodem anno ultra duos
menſes obſidione cingitur, *Bernatum* agrum, *Solodorenſibus* in ſub-
ſidium venientium, *Kyburgius*, *Auſtriacorum* ſocius, igne ferroque
vaſtat; LUPOLDUS autem eodem anno cum *Uriis*, *Suitiis*, & *Sub-
ſylvanis*

ſylvanis

a) *Theſ. Script. Helv.* p. 52.
b) P. I. Lib. IV. p. 274.
c) *Script. rer. Germ.* T. I. p. 611.
d) Cod. Probat. *Geneal. Habſ.* vol. III. num. DCCXXIV. p. 612.

ſylvanis pacem ad aliquot annos facit. a) De pace, cum *Suitenſibus* facta, iam fit mentio in tranſactione inter WERNERUM Comitem de *Hornberg*, LUPOLDI ſocium, & inter *Suitenſes*, ſuper quibusdam damnis ſibi invicem illatis dat. die 22. *Auguſti* an. 1318. apud P. HERRGOTT, b) ubi demum ſequitur fœdus illud, HARTMANNUM & EBERHARDUM inter, Comites de *Kyburg* & LUPOLDUM, contra *Suitenſes*. *Suitenſium* nomen, ſeu *Suizerorum*, ut *Felix* FABER appellare ſolet, hodieque inditum manet toti *Helvetorum* genti, a primis vindicandæ in libertatem patriæ auctoribus pagi *Suitenſis*. LUDOVICI *Bavari* litteræ poſt prælium apud *Morgarten* ſolis *Suitenſibus* ſunt inſcriptæ, cum tamen ceterorum oppidorum ſeu pagorum ſylveſtrium *Uri*, & *Unterwalden* cives cum *Suitenſibus* tunc contra LUPOLDUM dimicarint, aliis paullatim *Helvetiæ* pagis fœderi accedentibus. a b

VI. LUPOLDUS, pace tunc, ut videbatur, in *Helvetia* reſtituta, verſus *Spiram* LUDOVICO *Bavaro* addictam, iterum exercitum duxit in *Alſatiam*, accurrente etiam ex *Auſtria* FRIDERICO ad ferendas LUPOLDO ſuppetias adverſus LUDOVICUM, qui tamen declinavit pugnam, ut ſcribit ALBERTUS *Argentinenſis*. c) Rem pluribus proſequitur VOLCMARUS apud OEFELIUM. d) Chronicon *Zwetlenſe* apud *H.* PEZIUM e) a LUPOLDO LUDOVICUM in fugam verſum perhibet ad an. 1320. „Rex LUDOVICUS „(inquit) cum Rege *Bohemiæ* IOHANNE *Alſatiam* aſcenderunt, in „odium ducis LEUPOLDI, bona ſua deprædantes, quibus occur„rit Dux LEUPOLDUS cum parva militia peditum, & magna mul„titudine (f. *equitum*) ambos Reges in fugam convertens. Sequen-

In *Alſatia.* c d e

 „ti

a) *Henr.* SUICERI chronol. *Helvet.* ad h. a. p. 120.
b) Cod. Probat. *Geneal. Habſ.* l. c. p. 611.
c) Apud URSTIS. *Script. Rer. Germ.* P. II.
d) *Script. Rer. Boic.* T. II. p. 550.
e) T. I. *Script. Rer. Auſtr.* p. 536.

„ti vero die, cum Rex FRIDERICUS ad fratrem veniſſet, & ſe ite-„rum ad bellum præparaſſent, iterum ſecundo fugiunt. Rex ve-„ro FRIDERICUS cum fratre Duce LEUPOLDO uſque ad quartum
a „diem deſiderio pugnæ ſunt ſecuti. a)„

Eo haud exſpectato prælium *Amphingenſe* commiſſum.

VII. VOLCMARUS perhibet, ſolutis exercitibus omnes loca propria repetiiſſe. *Dux Auſtriæ* FRIDERICUS, addit, b) *direxit iter ſuum verſus Auſtriam per montana, volens ibi hyemare, fratre ſuo* LEUPOLDO *in Suevia remanente.* At mox iterum conſilia capiunt, fratres *Auſtrii*, in arma ruendi, atque unitis viribus LU-
b DOVICUM *Bavarum* invadendi. Fœdus, quo CONRADUS II. comes de *Friburg*, & filius eius FRIDERICUS *Auſtriacis* ſunt coniuncti, relictis LUDOVICI *Bavari* partibus, a ſolo LUPOLDO *Seleſtadii* in *Alſatia* fuit ſignatum anno 1321. die *Mercurii* poſt
c Nativitatem B. M. V. ut apud SCHOEPFLINUM c) legere eſt. FRIDERICUS quidem, & fratres ſui iuniores, eodem VOLCMARO
d teſte, d) in *Auſtriæ* provinciis, quos poterat, milites colligit, nec
e Dux LEUPOLDUS otio vacat ad *Rhenum*, e) congregata multitudine armatorum *de Rheno, de Lemano, de Alſatia, de Suevia, ut poſſit fratribus ſuis ad pugnandum in Bawaria obviare, & cum collegiſſet magnum exercitum electorum virorum, profecti ſunt ver-*
f *ſus Bawariam.* ALBERTUS *Argentinenſis* f) an. 1321. FRIDERICUM *Auſtria* egreſſum cum gente magna narrat, ad quem LUPOLDUS cum octingentis galeatis de *Suevia* properarit, nec impedire tunc potuiſſe, quo minus, coniungeretur. IO. *Vitoduranus*

a) Edimus in appendice diploma eius anni, quo LUPOLDUS noſter unacum IOANNE Epiſcopo *Argentinenſi* preces ſuas interpoſuiſſe memoratur apud KRAFFTONEM de *Toggenburg* Præpoſitum, & Capitulum eccleſiæ *Turicenſis* pro CONRADO clerico nato IOANNIS dapiferi de *Dieſſenhoffen* in Canonicum recipiendo.

b) Loc. cit. p. 551.

c) T. I. *Hiſt. Bad.* p. 246.

d) Loc. cit.

e) Apud OEFEL. Tom. I. p. 552.

f) Apud URSTIS. *Script. Rer. Germ.* P. II. p. 121.

nus FRIDERICUM & LUDOVICUM intermiſſa aliquanto tempore bella reſumſiſſe dicit an. 1322. Ineunte eo anno LUPOLDI, ſeu LEOPOLDI diplomata, a) data leguntur *Bruggæ* in *Helvetia* die 23. *Ian. Colmariæ* in *Alſatia* die 4. *Febr.* anno 1323. Iuxta Io. *Vitoduranum* b) „LUPOLDUS intravit *Alſatiam*, ac omnes „adverſarios ſuos ſuperavit, vindictam multam de eis accipiens.„ Neque vero, ſi fidem ALBERTO *Argentinenſi* adhibemus, c) ante menſem *Septembrem* 1323. FRIDERICUS & HENRICUS fratres *Bavariam* iterum ingreſſi ſunt, dum interim LUPOLDUS in vaſtatione terræ WILHELMI Comitis de *Monteforti* moratur. Eo haud exſpectato, infelix illud prælium *Amphingenſe* commiſſum eſt in vigilia MICHAELIS eiusdem anni iuxta VOLCMARUM, in quo FRIDERICUS & HENRICUS ſunt capti. ALBERTUS *Argentin.* conflictum in ipſo feſto S. MICHAELIS factum dicit, d) *quo*, addit, *quinquaginta anni fuerant, quod avus amborum* RUDOLPHUS *de Habsburg, in regem electus eſt Romanorum.* Singularem de hoc celebri prælio narrationem ex MS. *Cl. Neoburgenſi* edidit *Hier.* PEZIUS. e) Continuator MARTINI *Poloni* apud ECCARDUM f) narrat LUPOLDUM, ut fructuoſius fratri ſuccurreret, circa quendam vicum, qui *Campus regius* dicitur, moram facientem, ſuum direxiſſe nuntium, qui ſui fratris ſtatum, & tempus belli perquireret, eo autem capto ab adverſariis, LUPOLDUM ſua exſpectatione fruſtratum fuiſſe. Nominare pro *Campo regis*, *Campum principum* is debuerat, *Fürſtenfeld*, ubi tunc laudatus mox VOLCMARUS Abbas fuerat in magnum vitæ diſcrimen inductus, ut ipſe rem narrat. g)

a b c d e f g

VIII.

a) Apud P. HERRGOTT, Cod. Probat. *Geneal. Habſ.* vol. III. p. 625.
b) *Theſ. Script. Helv.* p. 26.
c) Loc. cit.
d) L. c. p. 122.
e) T. I. *Script. Rer. Auſtr.* col. 1002.
f) *Corpus Hiſt. med. ævi.* T. I. col. 1444. ſeq.
g) Ap. OEFELIUM loc. cit. pag. 553. „Dux LEUPOLDUS, (inquit) volens fratribus ſuis ferre præſidium, ad eos quantocius properat, & cum non procul a clauſtro

Lupoldi in liberando vindicandoque Friderico *Pulchro* studia usque ad mortem.

VIII. Totam narrationem ideo apponendam duxi, ut lectores percipiant, Volcmarum, etsi eius monasterio Lupoldus ruinam intenderit, ac ipsemet pessime a Lupoldi militibus sit habitus, nec verbo tamen postea fabulam illam attingere, qua Lupoldus dicitur opera necromantæ ad liberandum Fridericum usum esse: quæ res apud Albertum *Argentinensem* secundum omnes suas circumstantias describitur, a) perinde ac apud Trithemium in *Chronico Hirsaugiensi* ad an. 1323. ut tamen fabellam potius existimet, quam historiam. Paucis rem attingit Anonymus *Leobiensis* apud *H.* Pezium ad an. 1324. b) Anonymus alius id incantamentis uxoris Lupoldi, c) *Felix* Faber autem d) uxori regis Friderici tribuit, quæ *fuerit nicromantica, & miserit sibi dæmones, ut eum liberarent.* Andream presbyterum,

Bavariam pertransiret, prima nocte in *Allingen* fixere tentoria, apud ripam fluminis ibi cupientibus pernoctare, & cum ibi pausarent, nuntii inter ambas catervas laborantes instanter claustrum nostrum accusant apud Principem, dicentes, se spoliatos in claustro, & prope claustrum, ideo non potuisse eos apto tempore litteras assignare. Audiens hoc Dux iracundia permotus præcepit Marschalco suo ut claustrum ignis incendio concremaret, & quantum posset, vastaret. Ille respondit, suum non esse, claustra Principum destruere, in quo plurima Sanctorum corpora requiescant, & declinans in partem alteram, subito audit sinistros rumores in exercitu personare, videlicet Fridericum & Henricum Duces *Austriæ* in prælio captos, & Regem Ludowicum strenue dimicasse, quod cum credere noluissent, duo nobiles optimis equis ascensis ad explorandum rei veritatem versus civitatem *Monacensem* velocius properantes, cito in via habebant obvios, qui dicebant se vidisse in civitate nuntios Regis victoriam exclamasse, qui statim conversi ad suos citius redierunt, & dicebant verum esse, quod fama publica personabat. Isti autem insperato & lamentabili casu perturbati in medio noctis silentio moventes se de loco ad partes *Sweviæ* per viam, qua venerant, redierunt. Sed ego cum essem tunc temporis & eadem nocte in *Puoch* proxima villa & ibi laboriose grangiam custodirem, multi quasi furiosi transibant incendentes villas, ut ignis luceret eis per noctem, duo ceperunt me, tertius lancea me plagavit, & illa nocte quasi unus de scurris fui duabus vicibus denudatus; quæ tamen omnia parvi pendi, cum viderem illos versos in fugam, & Regem nostrum nobiliter triumphasse. „

a) Apud Urstis. P. II. p. 123.
b) T. I. *Script. Rer. Austr.* col. 924. d
c) Herzberg de *Gestis Impp. Austr.* p. 130.
d) Apud Goldast. *Script. Rer. Suev.* p. 51.

terum, & ARENPECKIUM ſimilia fabulantes explodit *Hier.* PEZIUS in obſervationibus præviis ad *Chron. Auſtr.* ARENPECKII T. I. Script. *Auſtr.* pag. 1169. VOLCMARUS vero non ſolum coævus, a) a
ſed etiam parum remotus a caſtro *Trauſnitz*, ubi captivus detinebatur FRIDERICUS, LEUPOLDUM aſſerit, rebus deſperatis ad pacem animum inclinaſſe, flectendumque LUDOVICUM, ut fratrem ſuum e vinculis dimitteret: *qui ſuper eo ipſum audire noluit, ſed prius ſibi regni inſignia reſignaret. Ideo habito ſuper eo maturo conſilio omni cum reverentia tranſmiſit ei ad civitatem Nueremberg, ubi Rex accepit ea in poteſtatem ſuam omni cum honore.* At LUDOVICUM promiſſa haud exſolviſſe ſubdit, inſuperque a LUPOLDO petiiſſe, ut civitates regni a iuramento ei præſtito abſolvat, priſtinæque reſtituat libertati. *Ad quæ*, ſunt VOLCMARI verba, *Dux* LEUPOLDUS *frendens, & iracundiæ facibus incandeſcens, ſi integre, inquit, non fuerint adimpleta, quæ mihi promiſſa ſunt, quando regni inſignia reſignavi, non erit pax, nec concordia, quamdiu eis carebo, & necdum frater meus de captivitate fuit liberatus. Hinc rurſus prœliorum diſcrimina.* Narrat deinceps obſidionem *Burgoviæ* caſtri infeliciter a LUDOVICO ſuſceptam, de qua, LUPOLDI, & ALBERTI, eius fratris, armis diſcedere coactus fuit. Alia addit auctor chronici *Kœnigsveldenſis*, b) quod in b
appendice edimus, LUPOLDI facinora, vindicandi FRIDERICI fratris cauſſa deſignata. Sed confundit etiam ſuperiora bella ac prælia. VOLCMARUS c) haud diffitetur LUDOVICUM non multo poſt tam c
inſignem victoriam *ad tantam* veniſſe *exercitus ſui paucitatem, ut, contra honeſtatem regiæ Maieſtatis, ſuis hoſtibus fugiendo terga*

a) Loc. cit. p. 553.

b) „ Er rach öch ſinem bruoder FRIDERICH wider Küng LUDWIGEN den peugern, er ſchluog in vor *Oegſpurg* von dem veld, do verlor Küng LUDWIG vil Ritter. Aber ſchluog er in von dem veld vor *Spir*, und iagt in bis in den *Kilchoff*. Item vor *Burgow* vertreib er in mit gewalt, und mit macht. „

c) Apud OEFEL. l. c. p. 555.

ga vertere cogeretur, & ad maioris molestiæ cumulum facta est inter ipsum & summum pontificem gravis controversia. Dum interim LUPOLDUS summum Pontificem & Regem *Galliarum* sollicitat, & in
a partes trahit, quod pluribus exponit ALBERT. *Argentinensis.* a) Tandem LUDOVICUS animum ad libertati restituendum FRIDERICUM induxit; at conciliare sibi LUPOLDUM non potuit, fretum Romani Pontificis favore, & auxilio. Chronicon *Claustro-Neoburgense*, *Zwetlense*, & Anonymus *Leobiensis* a IOANNE XXII. exactionem decimarum a clero obtinuisse LUPOLDUM asserunt, sed
b morte præventum fuisse. b)

LUPOLDI mortis genus ac memoria vindicata.

IX. Laudatus Anonymus *Leobiensis*, c) quo luctu LUPOLDUM mortuum FRIDERICUS adhuc superstes prosecutus sit, narrans, sic eum loquentem inducit: „O (inquit) Dux Ducum, „gloria militum, timor & terror hostium. O patriæ *Germanæ*
c „decus singulare inter Regum filios, temporis tu decus. Et eiu„latu maximo exclamans, pilis iniiciens manus: Quid mihi iam „proderit te subtracto? Quid me desolatum in huius sæculi flucti„bus reliquisti? Transiit autem in *Argentina* pridie Kal. *Martii*, „ibique in maiori ecclesia armorum suorum insignia in æternam „memoriam sunt locata, in *Campo Regis* cum Regina matre sua „sepelitur. Hic cum excellentis, sed agilis corporis miles fuit, ani„mi magni, cordis intrepidi.„ Locum hunc mendosum esse,
d iam Sodales mei in *Pinacotheca Principum Austriæ* d) observarunt, eum auctoritate continuatoris MARTINI *Poloni*, & IOANNIS *Vitodurani* sic emendandum rati, ut loco particulæ *cum*, negativa substituatur. Diem tamen mortis recte poni ab Anonymo ulti-

a) Loc. cit. p. 123.
b) Apud *H.* PEZ. *Script. Rer. Austr.* T. I. col. 486. c. 437. c. 925. a.
c) Ib. col. 926. b. c.
d) P. II. lib. I. c. V. p. 50.

ultimam *Februarii*, aliis etiam coævorum Scriptorum teſtimoniis ibi eſt comprobatum. a) Quibus addere licet PALTRAMI ſeu VATZONIS Chronicon *Auſtriacum* apud eundem *Hieron.* PEZIUM, b) Hiſtoriam *Auſtr.* apud FREHERUM, c) & chronicon noſtrum *Kœnigsveldenſe*, quod in appendice edimus. IO. *Vitoduranum*, d) oblivione computandi, menſes more *Romano*, LUPOLDUM circa finem *Martii* mortuum dicere exiſtimo. Addit vero: *De Duce* LUPOLDO *refertur, quod vitam ſuam quaſi tyrannicam bono fine terminavit. Nam cum Argentinæ per aliquot dies decumberet, fortem egit pœnitentiam.* Contra aſtruit ALBERTUS *Argentinenſis* e) eum inſanientem absque pœnitentia diem clauſiſſe extremum, quem prius p. 111. *bellicoſum & prudentem* dixerat. Conſtat auctoritate chron. *Clauſtro-Neoburgenſis*, & *Zwetlenſis* apud *Hier.* PEZIUM, f) eum apoplexia tactum obiiſſe, uſu forte ſenſuum, ac linguæ captum. Hinc rumor ille percrebreſcere potuit, quem Annaliſtæ medii ævi longe ſupra novelliſtas noſtri temporis captare ſolebant. Quare etiam auctor chronici *San-Petrini* g) iterum hic necromantiam ſomniat. VOLCMARUM LEOPOLDO noſtro iniquiorem, verberum memoria, ut ſupra memoravimus, putat eius editor *And.* OEFELIUS. h) His vero eius obitum deſcribit verbis VOLCMARUS: i) *Interim Dux* LEUPOLDUS, *ferus homo, inimicus pacis, iam multa in animo concepta malitia, correptus infirmitate diem clauſit ſupremum.* Rectius virtutem etiam in hoſte laudandam arbitratus

VITUS

a) Apud. *H.* PEZ. T. I. col. 926. c.
b) Apud eundem col. 727. c.
c) T. I. p. 489.
d) *Theſ. Script. Helv.* p. 27.
e) Apud URSTIS. *Script. Rer. Germ.* P. II. p. 124.
f) Loc. cit. col. 486. c. & col. 837. c.
g) Apud MENCKEN *Script. Rer. Germ.* T. III. p. 328. a.
h) *Script. Rer. Boic.* T. II. Ind. voce LEOPOLDUS.
i) Loc. cit. p. 555.

VITUS Prior *Eberspergensis* in *chron. Bavar.* apud eundem OEFE-
a LIUM, a) LEOPOLDUM virum prudentem & honestum vocat. Io.
b *Vitoduranus* b) elogium affert Regis *Franciæ*, quo LEOPOLDUM mactavit dicendo: *Divini muneris est, non humani, quod tam exiguus homo in corpore, tam magno robore vigeret, & tantæ potestatis, magnanimitatis, & famæ magnificentia per plura orbis climata præpolleret.* Nec abs re in chron. monast. *Mellicens.* apud
c *H.* PEZIUM, c) LEOPOLDUS *Dux Austriæ strenuissimus* laudatur. Auctor chronici *Kœnigsveldensis* in appendice, heroicam eius animi virtutem, ac multiplicem ingenii præstantiam deprædicat, his verbis de eo sermonem exorsus: LEOPOLDUS *was Küng* ALBRECHTZ *dritt geborn: ein man der eins Löwen muot, fuort in allen sachen grossmuotig, und fürsichtig.* Et demum: *Ein sinrich herre in mengerley wise, und gemeinlich ein gemeinter herre.* Postremis verbis indicari facilitatem in aliorum sese insinuandi animos, amo-
d remque conciliandi, ex HAGENI, d) quibus eum dilaudat verbis, confirmatur: *Er waz gerecht, und auch mild, huebsch, und auch weis, und waz auch vorderlich chlug haimleuhait ze erfaren, und erwarb alzo dew gunst aller lewte.*

HENRICI fratris morbus fatalis. TAB. VII. Lit. F.

X. LUPOLDUM fatis concedentem mox ineunte sequenti an. MCCCXXVII. insecutus est HENRICUS, a morum comitate *Placidi* nomen adeptus: mortuus nimirum in festo S. BLASII III. *Februarii*, ut alibi iam ex chronographis est annotatum. Chronica & Historia *Australis* apud FREHERUM, e) in *Bruckhaim*, oppido *Styriæ*,
e defunctum perhibent, cum *Græciam* contenderet ad fratrem suum FRIDERICUM R. R., qui venerat de *Rheno* in *Styriam*, nec ipse diu postea superstes, iisdem, quibus HENRICUS, ex squalore diuturni

turni

a) Apud OEFEL. l. c. p. 718.
b) Loc. cit. p. 18.
c) *Script. Rer. Austr.* T. I. col. 246. a.
d) Ibid. col. 1130.
e) T. I. *Script. Rer. Germ.* p. 469. 487.

turni carceris confectus ærumnis, quod de HENRICO notanter referunt ſcriptores. Apud continuatorem MARTINI *Poloni*, a) (qui, cum præcedenti anno mortem LEOPOLDI memoraſſet, mox ad an. 1327. etſi per errorem FRIDERICI poſuit nomen, cum tamen poſtea ad annum 1330. FRIDERICI regis mortem ſuo ordine recenſeat) ſine dubio nomen HENRICI ſubſtituendum eſt, legendumque: MCCCXXVII. HENRICUS *Dux* AUSTRIÆ, *qui poſt captivitatem rara potitus fuerat ſoſpitate, noviſſime in* STYRIA *moritur. Eo tempore mortuis* LEOPOLDO *&* HENRICO *prædictis* &c. Adhuc ſignificantius HASELBACHIUS, b) poſtquam res ac obitum LEOPOLDI commemoraſſet, HENRICUM poſt ſui redemtionem chronica languiſſe ægritudine teſtatur, cuius verba iam volumine priori huius Taphographiæ ſunt deſcripta, c) digitum etiam intendendo ad locum Anonymi *Leobienſis*, qui quoad HENRICI valetudinem iisdem ac continuator MARTINI *Poloni* utitur verbis. d) Equidem captivitas HENRICI non tam longa fuit, quam FRIDERICI, nec tam dura, ac cum præſentaneo ſemper vitæ periculo coniuncta, quam ſibi FRIDERICUS ab æmulo LUDOVICO inferendam ſemper timuit. HENRICUS vero IOHANNI Regi *Bohemiæ* eſt datus *pro* *mu-*

a) Apud ECCARDUM *Corpus hiſt. medii ævi.* T. I. col. 1446.

b) Apud *Hier.* PEZ. Script. Rer. *Auſtr.* T. II. col. 789.

c) p. 139.

d) Loc. cit. col. 926. d. Addit præterea HENRICUM in *Grætz* apud *Minores* a FRIDERICO glorioſis exequiis ſepultum, poſt incinerationem vero a conſorte ELISABETHA cum religioſis viris ad *Campum regis* translatum, & ibi ſolemniter tumulatum fuiſſe. Quæ verba P. I. L. I. c. IV. p. 58. ſeq. expendentibus, antequam nova ſuperiore anno a nobis cryptæ *Kœnigsveldenſis* viſitatio ſuſcepta fuiſſet, atque cum aliis HENRICI cadaver ad novam translatum fuit cryptam *San-Blaſianam*, error obrepſit, corpus HENRICI cineribus obrutum *Kœnigsfeldæ* repertum fuiſſe. Poſt recognitionem quippe iam conſtat ex laminis plumbeis inſcriptionem præferentibus, corpus illud calce, cineribus perfuſum LEOPOLDI I. eſſe, infima ſerie ſeptemtrionem verſus poſitum, HENRICI vero itidem ſarcophagum infima ſerie ad meridiem poſitum, culmis ſtratum fuiſſe.

a *munere donativo*, ut perhibet VOLCMARUS, a) quem ſecum duxit in *Bohemiam*, diligenti cuſtodia obſervandum. Demonſtrant au-
b tem ſodales mei in *Pinacotheca princ. Auſtr*, b) eum non multum ultra ſeſqui annum detentum fuiſſe. Ubi tamen manifeſtus error typographicus irrepſit, dum prælium *Muldorfenſe* ſeu *Amphingenſe* ad an. 1322. reponitur, quo HENRICUS cum exercitu in *Italia* fuit, a FRIDERICO eo miſſus in auxilium ROBERTO *Neapolitano*, ceterisque *Guelfis* contra MATTHÆUM Vicecomitem *Gibelinorum* adverſus Pontificem partes tuentem. Sed FRIDERICUS edoctus a MATHÆO Vicecomite rem in præiudicium verti auctoritatis Cæſareæ, HENRICUM revocavit in *Germaniam*, ſequenti mox anno cum FRIDERICO diram ſubiturum captivitatem.

FRIDERICI, filii FRIDERICI *Pulchri*, ſandapila cum inſcriptione. TAB. VIII. Lit. G.

c d e XI. VOLCMARUS c) inter conditiones, quas LUDOVICUS *Bavarus* cum FRIDERICO *Pulchro* pactus eſt, dum eum libertati reddidit, hanc quoque recenſet: *ad maioris amicitiæ conſtantiam contra commune ius, prohibente linea conſanguinitatis, pueros ſuos matrimonialibus vinculis coniunxerunt.* Chronicon *Elwangenſe* d) apud FREHERUM ad an. 1326. adhuc explicatius LUDOVICUM *in ſignum amicitiæ filiam ſuam filio* FRIDERICI *ducis* copulaſſe dicit, *cum tamen fuiſſent nepotes.* De prole FRIDERICI *Pulchri* diſputavimus P. I. *Taphographiæ* e) cryptam *Kœnigsveldenſem* explicantes, in qua lamina reperta fuit, hæcque inſcriptio in plumbo, FRIDERICUS FILIUS F. REGIS ROMANORUM, index indubius FRIDERICUM, FRIDERICI *Pulchri* filium fuiſſe ibi conditum. Accedit ad recenſita ibidem teſtimonia etiam auctoritas chronici no-
f ſtri *Kœnigsveldenſis*, quod in appendice edimus, idem atteſtantis. f)

Agit

a) Apud OEFEL. Script. Rer. *Bav.* T. II. p. 553.

b) P. II. L. I. cap. V. p. 53.

c) Loc. cit. p. 555.

d) T. I. p. 681.

e) pag. 146.

f) „ FRIDRICH was gar ein ſtoltz ſchön man ſenftmütig und erſam, ſom eins fürſten

Agit deinceps de duabus FRIDERICI filiabus ANNA, primum regi *Poloniæ*, & post eius mortem Comiti *Goritiæ* nuptui data, quo etiam defuncto ordini S. CLARÆ vidua sit addicta; alteram ELISABETHAM regi *Bohemiæ* desponsatam, mortuam ante nuptias, quæ examinata sunt Parte I. *Taphogr.* p. 158. Quodsi pacta sponsalia inter LUDOVICI *Bavari* & FRIDERICI *Pulchri* proles de filio illius & filia huius accipi lubeat, expedita res est. At si adstipulandum sit chronico *Elwangensi*, filiaque LUDOVICI filio FRIDERICI in sponsam lecta teneatur, de anno mortis FRIDERICI, de quo res est, filio scilicet FRIDERICI *Pulchri*, statuendum foret aliter, quam coniectura fuit loc. cit. a) eum nempe anno 1326. in vivis fuisse, brevi, ac certe tenerrima ætate mortuum: cum de eius exuviis residuum fuerit nihil in crypta *Kœnigsveldensi*, quod cum aliis cadaveribus in novum mausolæum *San-Blasianum* transportaretur, quam memorata inscriptio sepulcralis in plumbi lamina, apta omnino clavorum foraminibus, quæ supersunt infixa asserculis duos pedes totidemque digitos porrectis, quæve capulum olim constituerunt, cuius longitudo vix magnitudinem primum nati infantuli adæquat. Cenotaphium FRIDERICI hanc inscriptionem habet:

FRIDERICVS FILIVS
FRIDERICI REGIS
ROMANORVM
OBIIT. MCCCXXI.

XII. Ossa LEOPOLDI & HENRICI fratrum quod attinet, ex crypta *Kœnigsveldensi* ad S. BLASIUM translata, ea integrum fere utriusque constituunt sceleton, ita, ut LEOPOLDI calvaria omnes dentes, uno excepto incisorio, adhuc retineat; ultima vero vertebrarum

LEOPOLDI & HENRICI reliquiæ. TAB. VII. & VIII. Lit. E. & F.

natur sol sin. Dem wart ein Sun von der KATHERINEN von *Arragony*, der lept nit lang und ligt begraben in Fürsten grab ze *Küngfeld.*"

a) Pag. 146.

brarum ossi sacro iam iam accreverat. Perfectum est quoad minores etiam tam manuum, quam pedum extremitates vix non omnes, LEOPOLDI corpus. HENRICI exuviæ citrinum quodammodo præferunt colorem, atque in sinistro femore exostosis ad quinque digitos conspicitur. Huius excrescentiæ rationem ex prælio *Amphingensi*, in quo HENRICUS vulneratus, captusque est, repetere licet. Ossa carpi, metacarpi & phalanges quædam desiderantur. Utriusque principis scuta in suis tumulis præter pileum ducalem, quibus obteguntur, fasciam *Austr.* ostentant: epitaphia hæc sunt:

LEOPOLDVS GLORIOSVS DVX AVSTRIÆ OBIIT MCCCXXVI.	HENRICUS PLACIDVS DVX AVSTRIÆ OBIIT MCCCXXVII.

CAPUT V.

DE FILIABUS ALBERTI I. IMPERATORIS: ELISABETHA LOTHARINGICA, GUTTA OETTINGANA, AGNETE HUNGARICA, EIUSQUE PRIVIGNA ELISABETHA, MONIALI TOESSENSI.


§. I.

Inter tres filias ALBERTI I. ELISABETHA proavia IOSEPHI II. Imp. TAB. VII. Lit. K.

Ex filiabus ALBERTI I. tres omnino unacum matre ELISABETHA *Kœnigsveldæ* tumulatæ, unde ad monasterium S. BLASII translatæ, postliminio iam sepulturam ac officia religionis catholicæ recuperarunt. Has inter primum locum studiose e regione matris cognomini ELISABETHÆ in exteriore cryptæ parte tribuimus, eoquod inter principes fœminas stirpis *Habsburgo-Austriacæ* una proavia habeatur, cuius progenies, ut adiectum

in

in calce ſchema docet a) ſuperioribus ſeculis per FRANCISCUM I. CHRISTINÆ, CHRISTIERNI II. *Dan.* & *Sueciæ* Reg. ex ELISABETHA, FERD. I. Imp. ſorore, & CAROLUM IV. *Lotharingiæ* Duces, ELEONORÆ MARIÆ, FERDINANDI III. filiabus matrimonio iunctos iterum *Habsburgo-Auſtriacæ* genti copulata noſtra ætate in FRANCI-



CI-

CISCO I. Imp. felicis. record. & CAROLO fratre *Lothar.* Ducibus, duplici coniugio, eoque auspicatissimo in ultimo Augusto *Habsburgico* germine, MARIA THERESIA coniuncta fuit. Sicque consociata iterum unitaque perennat in numerosa sobole illustrissima *Alemannorum* familia *Ethiconigena*, satore nimirum ETHICONE I. *Alsatiæ* Duce labente seculo septimo: cuius filius primogenitus ADELBERTUS I. propagator *Habsburgicæ*, ETHICO II. *Lotharingicæ* prosapiæ fuit.

Eius maritus, & progenies.

II. Matrimonio copulata fuit ELISABETHA an. 1304. a) FRIDERICO IV. *Lotharingiæ* Duci, qui hoc consociatus fœdere constanter ac fortiter partes FRIDERICI *Pulchri* contra LUDOVICUM
a *Bavarum* tuendas suscepit, socius bellorum ac etiam captivitatis in prælio *Amphingensi*, ob bellicam fortitudinem *Athletæ* nomen adeptus. Quatuor numerantur filii & totidem, ab aliis vero quinque, filiæ ex fœcundo cum ELISABETHA *Austriaca* matrimonio.
b ALBERTUS *Argentinensis*, b) chronicon nostrum *Kœnigsveldense*, &
c cum eo HAGENUS c) unum filium & filiam recensent, filium nempe primogenitum, ac patris in ducatu *Lotharingiæ* successo-
d rem, RUDOLPHUM iuvenem adhuc a fortitudine bellica laudatum. d) Eidem fato filius RUDOLPHUS succubuit, ac FRIDERICUS pater, uterque Regum *Galliarum* contra *Anglos* castra secutus, uterque fortiter præliando vitam amisit, ac FRIDERICUS quidem pater an. 1328. in prælio apud *Montem Cassellum.* Penes ELISABETHAM usque ad an. 1334. tutela filii, ac regimen fuit ab an. 1329. accurrente tunc OTTONE fratre ELISABETHÆ, quod Anonymus
e *Leobiensis* memoriæ prodidit, e) ad an. 1329. *Filium*, inquit, *sororis*

a) CALMET. *Abrege l'Histoire de Lorraine* p. 64. ponit an. 1314.

b) Apud URSTIS. P. II. p. 15.

c) Apud *H.* PEZ. T. I. col. 1140.

d) „ Der was jung und doch vestes ritterliches gemuttes, und ze härnsch wol gevobt, und ward mit dem Küng von *Behem* in dem veldstritt, do der Küng von *Frankrich*, und von *Engelland* stritten. „

e) Ibid. col. 930.

voris suæ RUDOLPHUM, *Lotharingiæ Ducem*, *in civitate*, *quæ ad sanctum* THEODATUM *dicitur*, *est affatus*, *& cum iocundis colloquiis ab invicem disceſſerunt.* Ab hoc RUDOLPHO deſcendit hodierna Auguſta *Lotharingo-Auſtriaca* gens, ut, poſt CALMETUM in grandi *hiſtoriæ Lotharingicæ* opere, nuperrime L. B. de ZURLAUBEN in tabulis Geneal. Auguſt. dom. *Auſtriæ* & *Lotharingiæ* expoſuit; nos vero ſupra ſuccincte annotavimus. Heros ſuccubuit in prælio *Creſciacenſi*, quo *Angli Gallos* 26. *Auguſti* an. 1346. fuderunt.

III. Pluribus adhuc annis RUDOLPHO ſupervixit mater ELISABETHA, quam paſſim Scriptores anno 1352. mortuam perhibent, quos citat CALMET a) in Geneal. *Lotharing.* hiſt. *Lotharingicæ* præmiſſa: b) quibus accedit ARENPECKIUS, qui eam uno verbo *Kœnigsveldæ* ſepultam dicit. HAGENUS cum chronico noſtro *Kœnigsveldenſi*, eam in *Campo Regio*, ſeu *Kœnigsveldæ*, deſtinaſſe ſibi ſepulturam aſſerunt, eo autem poſt diuturnum tempus translatam fuiſſe, cum primum in monaſterio S. THEODATI ſepulta eſſet *im Welſchen Lande*, quo nomine alias *Italia*, apud vulgus autem noſtrum hodieque vicinæ provinciæ *Gallicæ* veniunt. Laudatus CALMETUS non unum deſignat ſepulturæ locum ex ſcriptorum quorundam diverſa opinione. Errorem HAGENI ea in re, quo cum facit Chron. *Kœnigsveldenſe* parte prima *Taphog.* notavimus. c) Chronicon noſtrum diem quidem ſine anno, quo id factum, nominat

(Margin: Mors & ſepultura. a b c)

a) T. I. p. CCLII.

b) Apud *H.* PEZ. *Scrript. Rer. Auſtr.* col. 1140. & 1237. b.

c) Pag. 145. not. c. „Frow ELYZABETH ſtarb do man zalt von CHRISTUS geburt drizehen hundert funftzig und zwey jar, und erwelt im ze *Kungſvelden* ze ligen, und vard aber begraben ze Sant DEODATT im welſchen lande. Nach etwa vil zites hies vordren den lip nach dem rechten, und wart behept und usbegraben, und nach ir ſchweſter der Kungin meinung und begird wart ſi begraben ze *Kungsvelden* in der furſten grab, XV. Kalendas *Junii.*„

nat XV. Kal. *Iunii*, id eſt, 18. *Maii*: idque factum ex voto ac voluntate ſororis reginæ AGNETIS, ſcilicet *Hungaricæ*, adhuc ſuperſtitis. Memorat etiam conteſtationem litis, quam ea de cauſſa
a factam P. I. noſtræ *Taphographiæ* meminimus. a) Iuvat vero rei
b ſeriem ex CALMETO hic adſcribere, de quo dubitavimus, b) an non aliquando de facta hac translatione cum nonnullis aliis hæſitaverit, quod inter inſcriptiones *Lotharingiæ* Principum, quas edidit, etiam ELISABETHÆ epitaphium *Nanceianum* recentius quidem vulgarit. Sed ſententiam ſuam ſatis declarat in citata illa Genealogia Ducum *Lotharingiæ*, in medio relicto anno mortis ELI-
c SABETHÆ, quem alii ad an. 1352. alii 1356. reponunt. c) Quod factum coniicere licet ob binam ſepulturam, primam poſt mortem in *Lotharingia*, alteram facta *Kœnigsveldam* translatione, etſi iam anno 1353. per arbitrum ſententia lata fuerit, forte anno demum 1356. executioni mandata.

ELISABETHÆ reliquiæ.

IV. Mirum igitur videri haud debet, quasdam ELISABETHÆ exuvias, cum in nuperrima ad monaſterium S. BLASII translatione iterato recognoſceretur cadaver, deſiderari. Poſſidemus autem calvariam totam, quibusdam dentibus adhuc præditam, claviculas, vertebras ſexdecim, coſtas duas de viginti, os innominatum, ſcapulas, brachia, cubitorum radios, femora, atque tibias cum fibulis ſuis. Reliquæ ſceleti partes, an ſtudioſe a *Lotharingis*,

a) p. 145.
b) Loc. cit.
c) „Le Mardy d'avant la Sainte MARGUERITE (20. *Juillet*) 1353. l'Abbeſſe de *Kenigsfeld* au dioceſe de *Conſtance*, repeta le corps de la Ducheſſe, diſant qu'elle avoit choiſi ſa ſepulture dans l'Egliſe de ſon Abbaye. Le prevot de l'Egliſe de *Basle* fut nommé par le Siége, & jugea que le corps ſeroit remis aux religieuſes de Sainte CLAIRE de *Kenigsfeld*; ce qui fut exécuté. Le tombeau d'ISABELLE, avec ſon Epitaphe ſe voit aujourd'hui dans ce monaſtere, où l'on croit, que cette Ducheſſe paſſa quelque tems de ſa viduité, auprés de ſa ſœur AGNES veuve du Roy de *Hongrie*." Vide CALMET Hiſt. *Lotharing.* T. II.

ringis retentæ (quibus, Canonicis præſertim eccleſiæ S. GEORGII *Nanceienſis* reluctantibus, *Kœnigsveldam* primum translatum eſt cadaver) an temporis diuturnitate exeſæ, certo pronunciare non licet. Epitaphium in novo conditorio hoc legitur:

ELISABETHA
ALBERTI I. FILIA
DVCISSA
LOTHARINGIÆ
OBIIT
MCCCLII.

Scutum bipartitum appendens, pileo Ducali tectum, faſciam *Auſtriacam* a dextris, a ſiniſtris in campo aureo diagonalem baltheum rubeum, impreſſis tribus aquilis (aliis alaudæ, aliis columbæ ſunt) argenteis, Ducum *Lotharingiæ* digma, ob oculos ponit.

V. Maiori cum fidelitate, integritateque GUTTÆ *Oetinganæ*, quæ fuit ſoror ELISABETHÆ, oſſa *Campus Regius* ad noſtra usque tempora conſervavit. Calvaria adeſt, ſuisque dentibus, nec uno quidem deficiente, inſtructa. Sternum, claviculæ, coſtæ viginti duæ, vertebræ totidem, ſcapulæ, brachia, cubitorum radii, femora denique cum tibiis, earumque fibulis item ſunt illata novo conditorio, cubiti tantum, & extremæ manuum, pedumque particulæ corruptioni ceſſerunt. Præter ricinium ſericum flavi coloris floribus nigroceruleis variegatum, peplum etiam ſupereſt craſſioris reticuli.

Ac GUTTÆ, ſororis. TAB. VII. Lit. I.

VI. Multis ante ELISABETHAM annis mortua eſt GUTTA, ut P. I. *Taphogr.* annum mortis 1329. diemque V. *Martii* determinavimus: a) *tertio nonas Martii* nimirum, ut habet Chronicon a no-

Mors & ſepultura.

a) §. XIII. p. 138.

a nostrum *Kœnigsveldense*, mancum ex oscitantia scriptoris a) quoad annum, dum residuos post an. MCCC. omittit numeros; recte saltem locum sepulturæ in *Kœnigsvelden* cum HAGENO, & aliis designat. Unde ad monasterium S. BLASII translatæ iam sunt eius exuviæ in capulum condendæ, insignem duplici clypeo; *Austriacis* nempe *Oettingana* iunguntur arma cum hac inscriptione:

GVTTA
SOROR DVCVM
ISTORVM VXOR
LUDOVICI
COM. DE
OETTINGEN
OBIIT
MCCCXXIX.

Nuptiæ. VII. De nuptiis GUTTÆ cum LUDOVICO seniore Comite de
b *Oettingen* tractant sodales mei in *Pinacotheca Princ. Austr.* b) quas perperam Chronicon *Elwangense* apud FREHERUM ad an. 1319.
c refert, c) alium mox antea LUDOVICUM comitem de *Oetingen* manifestando, qui obierit anno 1314. frater forte FRIDERICI patris LUDOVICI nostri senioris, cuius etiam soror MARIA secundis nuptiis iuncta fuit an. 1315. RUDOLPHO *Taciturno* comiti de *Habsburg, Raperswilæ* domino, quo auctore linea *Laufenburgo-Habsburgica* ad luculentiorem amplitudinem effloruit, ut videre
d est in *Geneal. diplom. Habs.* d) ubi obitus LUDOVICI senioris ad an. 1337. refertur. At in chron. *Zwetlensi* recentiori apud. *H.* PE-
e ZIUM ad an. 1343. e) memoratur, primum in choro *Zwetlensis* mona-

a) Apud *H.* PEZ. T. I. p. 1140. c.
b) P. I. Proleg. III. p. LXIII. §. XXVIII.
c) T. I. p. 681.
d) T. I. p. 236. 238. 280. 282.
e) Scriptor. Rer. *Austr.* tom. I. col. 540. d.

monasterii lapidem posuisse *in persona Domini Ducis* ALBERTI, nobilem Dominum comitem RUDOLPHUM de *Oetinga*, sororium Dominorum & Ducum *Austriæ*. Ubi loco RUDOLPHI, LUDOVICI nomen reponendum est, de quo apud eundem a) ad an. 1346. a
sic legitur: *Eodem anno obiit Inclytus & Nobilis Comes* LUDWICUS *de Oeting, aliquando sororius & semper intimus amicus Dominorum Ducum Austriæ, & sepultus in monasterio Zwetl in novo Choro, obiit autem* MICHAELIS, in festo nimirum S. MICHAELIS. Fratrem habuit FRIDERICUM, generum ULRICI Landgravii inferioris *Alsatiæ*, a quo unacum fratre LUDOVICO ad communionem Landgraviatus vocatus fuit circa annum 1336. iuxta b
SCHOEPFLINUM. b) Qua etiam de re pluribus agit SCHILTERUS in *Gloss. Teuton.* ad voc. *Alsatia*: ubi studiose de successione veterum Landgraviorum *Alsatiæ* tractat. Uterque in prælio *Amphingensi* a partibus LUDOVICI *Bavari* steterunt. LUDOVICUM *Oetinganum* ab epistolis LUDOVICO *Bavaro* fuisse, ex ALBERTO *Argentinensi* discimus, c) dum celebrem lusum equestrem, c
quem LUPOLDUS ad *Aquas*, seu *Badenæ* in *Helvetia* celebratum commemorans, *ibique*, addit, *Soror Dominorum Ducum Austriæ,* LUDOVICO *seniori de Oetingen est coniuncta, qui ante ex sorore Comitis de Wirtenberg habuit filium & filiam: qui* LUDOVICUS *ante fuit Secretarius* LUDOVICI *electi & Servitor: postea eum persequebatur ad vnguem.* Idem postea memorat, d) LUDOVICUM d
Bavaro reconciliatum inter legatos ad BENEDICTUM XII. *Avenionem* an. 1336. a LUDOVICO missos, cum fratris sui filio LUDOVICO iuniore præcipuum fuisse.

VIII.

a) Loc. cit. col. 541. a.

b) *Alsat. illustr.* T. II. p. 529.

c) Apud URSTIS. Script. Rer. *Germ.* P. II. p. 120.

d) Ibid. p. 126.

Ac progenies. VIII. Ambigua videri possunt, quæ apud eundem HAGENUM leguntur de filio huius GUTTÆ ex LUDOVICO *Oetingano*, ac si
a *Kœnigsveldæ* sit sepultus. a) Auctor chronici nostri *Kœnigsveldensis*, cum quo alias passim HAGENUS verbis convenit, filii mentionem omittit, puto, quod nullum *Kœnigsveldæ* sepulturæ huius filii vestigium repererit. Verba HAGENI latine reddit HASEL-
b BACHIUS. b) Sed sic apud *Hier*. PEZIUM interpuncta, ut sepultura *Kœnigsveldensis* rectius ad matrem GUTTAM revocetur: „ Quarta filia *Bonitas* nomine, vulgariter GUTTA. Hæc nupsit „ comiti de *Oetting* LUDOVICO, quæ & sibi peperit filium. Etiam „ in *Campo Regis* tumulatur in monasterio. „ Chronicon *Zwet-*
c *lense* apud Rev.mum LINCKIUM c) præcise GUTTAM memorat, *unum* reliquisse *filium iuvenem speciosum*. Amplam ex matrimonio GUTTÆ cum LUDOVICO *Oetingano* posteritatem ad nostra usque
d e tempora recenset BIRCKENIUS d) & GANSIUS e) iam a Sodalibus meis in *Pinacotheca princ. Austr*. citati. Et quidem GANSIUS ait, se in comitatu regio inspexisse arborem genealogicam comitum ab *Oetting* in arce *Wallenstain* in *Wirtenbergia*, iuxta quam GUTTA nupsit LUDOVICO IX. Comiti *Oetingensi*, & ex eo genuit I. LUDOVICUM V. Commendatorem in *Erdling*. II. EBERHARDUM Canonicum *Moguntinum*. III. ALBERTUM stemmatis propagatorem.
f IV. GEORGIUM. Chronicon *Elwangense*, apud FREHERUM f) mortem ALBERTI comitis de *Oetingen* refert ad an. 1357. BIRCKE-
g NIUS g) ad an. 1337. in arbore Geneal. posterorum GUTTÆ & LUDOVICI Comitis de *Oetingen*, ubi alios etiam a GANSIO numeratos

a) Apud *H*. PEZ. loc. cit. col. 1140. c. „Die „ vierde tochtter chunig ALBRECHTS ward „ GUTA gehaissen, die man ain Graffen „ von *Oeting* gab: dem sie gebar ainen Sun, „ und ist auch zu *Chunigsveld* begraben. „

b) Script. Rer. *Austr*. T. II. p. 748. c.

c) Annal. *Austr*. T. I. p. 684.

d) *Specul. honor*. L. II. cap. X. pag. 250. seq.

e) *Arboret*. p. 12.

f) T. I. p. 682.

g) Loc. cit. p. 251.

ratos filios recenſet, unaque filiam ELISABETHAM Comitis de *Hohenloh* uxorem. P. STEYRERUS in ALBERTO II. a) ELISABETHAM, a IOANNIS marchionis *Moraviæ*, qui fuit germanus frater CAROLI IV. Imp., quartam uxorem *Oetinganæ* proſapiæ fuiſſe demonſtrat ex inſtrumento, ab ea vidua dato *Viennæ* an. 1380. in quo mentio fit trecentarum librarum nummorum *Viennenſium*, quas annuos reditus eidem ELISABETHÆ ALBERTUS dux conſtituerit. Singula ea avitum familiæ *Oetinganæ* decus, ſplendoremque generis manifeſtant, ex Auguſto præſertim materno ſanguine.

IX. Inter filias ALBERTI I. quæ cum matre ELISABETHA ex *Kœnigsveldenſi* ſepulcro ad *San-Blaſianum* ſunt translatæ, maior natu AGNES *Ungarica*, ultima tamen morti conceſſit. Eius reliquias temporis edacitas maxima ex parte nobis eripuit. Compages enim calvariæ non tantum diſſoluta omnino eſt, ſed quædam etiam illius partes ita evanuere, ut non niſi os frontis, occipitis, ac ſincipitis reliquum nobis ſit. Scapula altera eſt integra, altera putredine aroſa: oſſis innominati pars cum femore ſuo idem detrimentum tulit. Coſtæ duæ, ſex vertebræ tenuiores, radii cubitorum cum extremis manuum, pedumque particulis penitus interierunt. Itaque os ſternum, claviculæ, coſtæ viginti duæ, vertebræ octodecim, alterum femur, brachiorum denique oſſa, atque cubiti apud nos ſolummodo depoſita ſunt, ſuo ornanda capulo, in quo ſcutum corona regia conſpicuum, una ſui parte crucem *Hungaricam*, altera faſciam *Auſtriacam* repræſentat. Epitaphium eſt ſequens:

AGNETIS *Ungaricæ* reliquiæ. TAB. VIII. Lit. H.

AGNES
FILIA ALBERTI I.
REGINA

HVN-

a) Add. ad cap. VII. p. 684.

HVNGARIÆ
OBIIT
MCCCLXIV.

ANDREÆ *Hungariæ* regi nupta.

a

b

c d

X. Anonymi *Leobienſis* ſententia, qui eam iam an. 1291. ANDREÆ *Hungariæ* regi deſponſatam perhibet, examinatur a Sodalibus meis in *Pinacotheca Princ. Auſtr.* a) uti etiam, quæ paradoxa leguntur de conciliatione harum nuptiarum apud ALBERTUM *Argentinenſem*, diſcutiuntur. Quibus addenda ſunt, quæ chronicon noſtrum *Kœnigsveldenſe* de eadem re narrat: ſimulque de ANDREÆ morte, quam ad fidem inſcriptionis *Kœnigsveldenſis* ad annum 1300. XVIII. Kal. *Februarii* reponit etiam modo citatum chronicon noſtrum, Annales item STERONIS & EBERHARDI *Altahenſis* iisdem ut plerumque verbis apud CANIS. b) *Mortuus eſt rex* ANDREAS *Ungariæ ſine hæredibus*, maſculis ſcilicet, ſuſcepiſſe enim filiam ex priori uxore conſtat, palamque faciemus paullo poſt, acturi de ELISABETHA *Tœſſenſi*, AGNETIS privigna. Dum vero non niſi quinque annos in matrimonio cum AGNETE tranſegiſſe ANDREAM regem commemorat chronicon *Kœnigsveldenſe*, recte ſe habet annus 1296. nuptiarum, quem plerique ſtatuunt, etſi de morte ANDREÆ non admodum concordent, ut videre eſt in laudata *Pinacotheca* P. II. c) Duo præterea in Auctario ad eandem d) rem diplomata afferuntur, alterum ANDREÆ an. 1297. quo AGNETI uxori comitatum *Poſonienſem* ad dies vitæ confert; alterum AGNETIS ipſius dat. *Kœnigsveldæ* an. 1324. quo pro ſe & marito ſuo ANDREA III. ſacra Anniverſaria fundat.

Viduæ AGNETIS vita, ac animi dotes.

e

XI. Chronicon noſtrum *Kœnigsveldenſe* multa iis addit, quæ HAGENUS apud *H.* PEZIUM e) commemorat, de ſtudio ac exer-

citiis

a) P. II. lib. I. cap. II. §. XIX. p. 28. ſeq.
b) *Lect. ant.* T. IV. fol. ed. 1725. p. 214. 227.
c) Loc. cit. §. XVIII.
d) P. I. num. II. p. 2. & num. V. p. 3.
e) T. I. p. 1137. c. d.

citiis pietatis, in quibus AGNES enutrita quidem ab infantia, imprimis vero vidua, nullis ex ANDREA ſuſceptis filiis, totam ſe officiis vitæ aſceticæ addixit. Præter laudatum HAGENUM, coævum Scriptorem, inter alios ALBERTUS *Argentinenſis*, cum adhuc viveret AGNES, hoc ei teſtimonium reddit: a) *Quæ hodierno die ducit vi-* a
tam ſanctam & beatam. Traduxit autem vitam hanc in monaſterio *Kœnigsveldenſi*: „In quo (ut ſcribit Anonymus *Leobienſ.* viven-
„te adhuc AGNETE) AGNES filia regis, quondam regina *Ungaro-*
„*rum*, primarium ipſius fundationis lapidem ſeipſam in DEI ſervi-
„vitio mancipavit, ibi degens ſexageſimum fructum faciens, alte-
„ram THABITAM plenam bonis operibus & eleemoſynis ſe exhibens,
„& omni die ac nocte vacans orationibus, a templo Domini non
„recedens, exemplum humilitatis & pietatis usque hodie demon-
„ſtrat.„ Inter recentiores ſcriptores *Æg.* TSCHUDIUS b) vitio b
vertit AGNETI ardorem vindicandi mortem ALBERTI I. patris, quam acerbius tuliſſe, quam maritum ablatum, mirum haud eſt, tanto patratam parricidio, quod extremo dignum erat ſupplicio. Ipſi *Helveti*, apud quos deſignatum erat crimen, ac ſumta vindicta, ob eam rem de æquanimitate AGNETIS nec quidquam remittebant exiſtimationis, quam identidem arbitram conſtituere non dubitabant bellorum ac litium, quæ cum ipſis AGNETIS fratribus, ac propinquis intercedebant. c) Quod munus quo humanitatis ſenſu c
ſuſceperit IOANNES *Vitodur.* d) coævus ſcriptor, memoriæ prodit d
in chronico ad an. 1339. pacem cum *Bernenſibus* factam commemorans: „in *Campo regis* (inquit) Domina regina *Ungariæ* ibidem
„habitante, efficaciter ſe interponente, & niſum viſceroſum &
„præcordialem ad hoc perficiendum præbente: nam ſibi non parum
„cor-

a) Apud URSTIS. Script. P. II. p. 105.
b) Chron. P. I. lib. IV. ad an. 1309.
c) Idem ad an. 1340. 1361.
d) *Theſ. Script. Helvet.* p. 53.

„ cordi erat hoc fieri, penſans hominum ſtragem iam factam, & „ in futuro perniciosiorem pertimeſcendam, & terræ circumiacen- „ tis deſolationem. „ Res *Helveticæ* iam tum magis magisque exacerbabantur. Imperator etiam CAROLUS IV. adveniens ad ſedandas turbas, pacemque componendam: (quem ſæpius AGNETEM *Kœnigsveldæ* inviſiſſe chronicon noſtrum *Kœnigsveldenſe* nos docet) quantam de eius ſanctitate, & ſapientia æſtimationem conceperit: *Und ſprach das ir an Selikeit und an Wisheit nit gleich were in der* Kriſtenheit, *und wer die ander* HESTER, *dero gelich nit was an Sinnen, und an Wisheit.*

An ordinem S. FRANCISCI profeſſa?

XII. AGNETEM quidem ſanctimonialem factam haud fuiſſe in *Kœnigsvelden*, iam a ſodalibus meis eſt probatum. a) Chronicon *Kœnigsveldenſe* habitationem eius mediam inter duo monaſteria virorum ac fœminarum, humilem caſam fuiſſe memorat, quæ cum ſcriberet, adhuc ſuperfuerit, potius cellæ eremiticæ ſimilis, quam reginæ palatio. Congruit, quæ nuper nobis oſtenſa eſt, AGNETIS cella. Veſtes ex eodem panno geſtaſſe, quo utebantur moniales, conſpicuum eſt ex fruſtis reſiduis in eius capulo cum exuviis, triplicis etiam funiculi ex lino, quo poſt mortem obligatam fuiſſe, haud obſcure in pedibus, lumbis & ſuper brachia deprehendimus.

Mors.

XIII. Concordat chronicon noſtrum *Kœnigsveldenſe* quoad ætatem octoginta quatuor annorum, quam attigerit an. 1364. mortua: additque diei mortis XI. *Iunii* horam inſuper tertiam, qua cum morte luctari cœperit, ad veſperam autem animam exhalarit, iterum iterumque ſacro viatico proviſa, integris uſa ſenſibus, ac totam ſe in manus Domini committens. Qua narratione finit chronicon.

Cetera,

a) *Pinac. Princ. Auſtr.* P. II. lib. I. cap. II. p. 32.

Cetera, quæ ſequuntur, a ſcriba addita videntur, qui ſe ad calcem nominat *Clevi* FRYGER *von Waltzhuot lermeyſter.*

XIV. Commendat Annaliſta in fine AGNETEM iterum a ſingulari beneficentia ac miſericordia erga pauperes, dum eius ſepulturam in conditorio principum *Kœnigsveldæ* commemorat, cuius monaſterii cum ELISABETHA matre fundatrix fuit. Qua de re legi poteſt *Fel.* FABER a) in *hiſtoria Suev.* Paucis rem attingit chronicon *Kœnigsveldenſe.* b) Solicita, ne pia, quæ fecerat legata, fruſtrari contingeret, firmamentum a fratribus, ut accederet, curæ habuit. Quam in rem in auctario diplomatum ad *Pinacothecam Princ. Auſtr.* c) diploma HENRICI *Placidi* an. 1324. legitur, quo teſtamentum AGNETIS ſuo conſenſu approbat, quidquid iam piorum legatorum fecerit, aut deinceps ſit factura. P. STEYERER in *addit. ad hiſtoriam* ALBERTI II. d) eiusdem diploma habet, quo varias AGNETIS donationes factas monaſterio S. CLARÆ *Viennæ* confirmat. Neque vero par eſt hic præterire liberalitatem AGNETIS erga Congregationem noſtram S. BLASII, in cuius monaſterio principali modo quieſcit. Iam anno autem 1305. in eccleſia cellæ *Sizenkilch* novum altare pro ſanctimonialibus illius loci exſtrui, dotarique fecit, ut ſtatis diebus a ſacerdote miſſa celebraretur. Diploma in appendice ad an. 1305. edimus: duo item alia, alterum an. 1350. UDALRICI epiſcopi *Conſtantienſis*, alterum anno 1358. INNOCENTII XI. P. pro incorporatione eccleſiæ in *Stain* factam eidem monaſterio AGNETE intercedente. Quod demum ex autographo item adiungimus diplom. an. 1355. prodit, quam cordi fuerit AGNETI, ut ſalvæ eſſent clericis etiam decedentibus res, ac bona.

Liberalitas erga pauperes, & monaſteria.

H 2 XV.

a) Lib. I. ap. GOLDAST. *Script. Rer. Suev.* p 47.

b) „ Do truogent ſi die bruoder den frowen zuo ſehent die liebſten muoter die nit alein inen allein, me des landes, und aller armen menſchen beſorgerin was geweſen. „

c) P. I. p. 3.

d) Col. 116. ſeq.

Tœssense inter alia, ubi ELISABETHA privigna.

XV. Munificam se cumprimis AGNES præbuit erga monasterium *Tœssense*, a) cuius primam quidem, sed tenuem domicilii, & capellæ fundationem scriptores *Helvetici* b) iam ad an. 1234. referunt, ditatum autem, amplificatumque ab AGNETE. „Insuper

a b c „(sunt verba *Fel.* FABRI c) prædicta domina AGNES regina *Hungariæ* sub castro *Kyburg* prope oppidum *Winttertur* ædificavit aliud grande monasterium ordinis *Prædicatorum* super ripam *Tœss*, „a quo etiam monasterium nomen habet, & *Tœss* dicitur, & ipsum monasterium multis divitiis ditavit, in quo usque hodie ancillæ CHRISTI manent.„ Mentionem huius monasterii fecimus parte prima *Taphographiæ*, eorum refellentes opinionem, qui AGNETEM ibidem sepultam existimaverunt cum privigna sua ELISABETHA, quam qua ratione illic AGNES collocarit, chronicon nostrum *Kœnigsveldense* breviter enarrat, statim postquam commemorasset solemnem dedicationem ecclesiæ *Kœnigsveldensis*, factam septimo Idus *Februarii* an. 1320. a IOHANNE episcopo *Argentoratensi*, præsente LEOPOLDO duce fratre: an. 1330. demum choro dedicato a RUDOLPHO episcopo *Constantiensi*. Meminit deinde ELISABETHÆ, ANDREÆ regis *Ungariæ* expriori uxore filiæ, quam AGNES noverca ex *Ungaria* secum adduxerit, monialemque in mo-

d nasterio *Tœssensi* fecerit. d)

Frustra tamen cineres ELISABETHÆ ibidem investigati.

XVI. Cum de transferendis corporibus principum *Austriæ* ex protestanticis *Helvetiæ* partibus ad monasterium S. BLASII ageretur, inclyta *Tigurina* respublica haud minus promptam ad factam au-

læ

a) Chron. *Helv. Tschud.* ad h. a.

b) HOTTINGER. *Helvet. Kyrchen-Histori* ad e. a.

c) Loc. cit.

d) „Item (pergit auctor) sy hatt ein stief-tochter die Kung ANDRES von *Ungern* Kint was bi einer andren frowen. Die fuort si mit ir von *Ungern* har in dise land, und macht si ein closterfrowen ze *Töss*, und besorgte si erlichen ir leben, und fuor offt zuo ir gen *Töss*. Sy gab öch ein crütz dar, das hatt hundert mark an silber.„

læ *Viennensis* nomine petitionem se exhibuit, ac *Bernensis*, ut reliquiæ huius quoque ELISABETHÆ, quæ sanctitatis fama semper hactenus in diœcesi *Constantiensi* fuit celebrata, transportarentur. Condicta utrinque ad efferenda sacra lipsana est dies tertia *Octobris* an. 1770. nec una sola insumta est lux ad faciendam omni diligentia inquisitionem. Omni ex parte effossa est terra, qua coniectura esse poterat, conditum esse funus. Acciti etiam seniores loci, quibus rerum situs perspectus esse poterat, antequam ineunte hoc seculo maximam tum ecclesiæ, cum reliqui monasterii ædificia subiere mutationem, lapisque, qui credebatur ad claudendum ELISABETHÆ sepulcrum factus, ea in suprema chori parte terræ adhuc inhæserat, ubi *Henricus* MURERUS, vicini monasterii *Carthusiani* professus, in *Helvetia sancta* eius sepulcrum indicat. Sed non solum nihil exuviarum detegi ac pervestigari potuit; verum etiam diligentiori ipsius lapidis contemplatione, iterato per memet facta, ac perpensis omnibus sagaciter a doctissimo etiam *I. I.* BREITINGERO, ad id negotii a republica *Turicensi* studiose cum aliis selecto, iam constat lapidem illum, secus ac nobismet primum visum est, a) nec quidem ad ELISABETHAM *Tœssensem* pertinere; quippe, qui nec etiam in formam lapidis sepulcralis compositus sit; arma autem præter *Hungarici* regni etiam *Austriacorum* principum insculpta præsefert, quibuscum nihil commune fuit ELISABETHÆ; ut adeo nullus relictus sit dubio locus, eundem in benefactricis, ac alterius fundatricis AGNETIS memoriam esse positum, cui uni utraque insignia *Ungaricum* & *Austriacum* competere possunt, quæve, *Ungaricam* nempe crucem, propria esse voluit perinde monasterio *Tœssensi* ac *Kœnigsvendensi*. Meminit eiusmodi lapidis in ipso imminenti castro *Kyburg Felix* FABER, b) qui sit eandem ob caussam AGNETI positus. „Ipso etiam castro *Kyburg* capellam pulcram ædifica-

 „vit

a) P. I. *Taphogr.* p. 140.

b) Loc. cit.

„ vit in honorem depositionis Dominici corporis de cruce, ad quam „ nonnunquam de longinquis partibus peregrinantur homines pro „ veneratione crucis, sicut sæpe vidi, me moram in castro trahen- „ te. In lapide superiori ostii, qui est supra caput capellam ingre- „ dientis, est sculptus clypeus cum insigniis regni *Hungariæ.* Hanc „ capellam construxit propter imperiales reliquias, quæ hodieque „ *Nurembergæ* conservantur, quæ tunc in *Kyburg* servabantur tan- „ quam in loco tutissimo. „ Meminimus supra insignium imperii, quæ apud *Austrios* servata LUPOLDUS, in lytrum FRIDERICI *Pulchri* fratris, LUDOVICO *Bavaro* reddiderit; quænam illa fuerint, a HAGENUS memoriæ prodidit, a) ab ALBERTO I. post mortem RUDOLPHI I. patris in custodiam accepta.

CAPUT VI.

DE CATHARINA SABAUDICA, UXORE LEOPOLDI, EIUSQUE FILIA CATHARINA DE CUSSIN, NEC NON ELISABETHA DE VIRNEBURG, UXORE HENRICI PLACIDI.

§. I.

CATHARINÆ *Sabaudicæ* nuptiæ cum LEOPOLDO I. TAB. VII. Lit. L.

A prole ELISABETHÆ, uxoris ALBERTI I. quæ unacum matre sepulturam nacta in crypta *Kœnigsveldensi*, inde ad monasterium S. BLASII translata, iam requiescit, progredimur ad uxores LEOPOLDI I. & HENRICI fratrum, eadem sorte beatas, unacum CATHARINA, filia LEOPOLDI ex CATHARINA *Sabaudica*, filia nimirum secunda AMADEI V. ex MARIA *Brabantica*, sorore MARGARITHÆ, uxoris HENRICI VII. Imp. ut recte habet chronicon nostrum *Kœnigsfeldense.* Pactæ hæ nuptiæ iam fuerant an.

a) Apud *H.* PEZ. Script. Rer. *Austr.* T. I. col. 1109. c. „ Herzog ALBRECHT von *Oestreich* sant, und underwant sich des heiligen chreuzes, Sper, und Nagel, der heiligen chron, und auch des Swertes chunig CHARLES. „

an. 1310. ut sodales mei ex DUMONTIO ostenderunt, a) cui addi potest GUICHENON in Historia Geneal. regiæ Domus *Sabaud.* b) Celebratæ autem sunt an. 1315. in magna principum ac nobilium frequentia *Basileæ*, quo FRIDERICUS *Pulcher*, iam imperatorem agens, convocarat, simulque etiam matrimonium inierat cum ELISABETHA, IACOBI, *Arragonum* regis, filia. Addit ALBERTUS *Argentinensis* c) monstrata fuisse ibi *sanctuariorum insignia, quæ regum dicuntur, scilicet lancea, clavus, pars crucis Salvatoris, corona, gladius* CAROLI *& alia*, quæ apud *Austriacos* principes servata, eorumque sancte tutoque conservandorum gratia ab AGNETE regina *Hungariæ* in castro *Kyburg* sacellum extructum fuisse, modo dixi.

a
b
c

II. Consociatis a RUDOLPHO I. ut in *Fastis Rudolphinis Cod. epist. Rudolph.* præmissis, docuimus, *Kyburgico, Habsburgico*que comitatibus, postquam iam comites *Kyburgici* a ducibus *Zaringiæ* administrationem Landgraviatus *Burgundici* acceperant, nihil antiquius habuerunt *Habsburgici*, quam, ut per matrimonii fœdera ceteras divisi *Burgundici* regni familias sibi devincirent. Nunc primum ex archivio *Dolensi* notitiam accepi ab illustr. B. de ZURLAUBEN diplomatis medii sec. XIII. ex quo palam est, quomodo comitatus de *Lenzburg*, & *Curiæ*, nec non Landgraviatus *Burgundiæ*, posteaquam primum per matrimonium ad familiam cæsaream *Sueviæ* pervenissent, eadem via successive ad gentes *Meranico-Chabilonico*que *Burgundicas* & *Kyburgicam*, ac demum ad *Kyburgo-Habsburgicam* transierint. RUDOLPHUS I. uxorem secundam AGNETEM, seu ELISABETHAM *Burgundicam* an. 1284. sibi sociarat, sed nullam ex ea suscepit prolem. RUDOLPHI nepotes eodem tenebantur studio necessitudine sibi coniungendi vicinos principes regni *Burgundici*, ut advertit P. STEYERER d) in comentariis pro historia ALBERTI II. cumque

Nuptiarum caussæ.

d

a) *Pinac. Princ. Austr.* P. II. p. 51.
b) Preuves p. 158. 159.
c) Apud URSTIS. Script. P. II. p. 119.
d) pag. 1.

que *Sabaudicam* affinitatem imminutam cerneret ALBERTUS II. morte fratris LEOPOLDI, qui CATHARINAM habuerat uxorem, de qua nunc agimus, hoc vinculum ut iterum constringerent fratres superstites, eodem adhuc anno 1326. quo LEOPOLDUS obierat, BEATRICEM, CATHARINÆ sororem, HENRICO *Carinthiæ* duci, ac *Tyrolis* Comiti, iam *Bohemiæ* regi, avunculo suo, fratri nimirum ELISABETHÆ R. Reginæ, matrimonio coniungere studuerunt,
a quam in rem tabulas affert laudat. STEYERERUS, a) in quibus memorat *adfinitatis amicitiam dudum inter nos, & spectabiles viros comites Sabaudiæ per inclite memorie illustrem* LUPOLDUM *Ducem Austriæ & Styriæ fratrem nostrum charissimum ex contractu matrimoniali exortam &c.*

Mors CATHARINÆ matris, & cognominis filiæ.

III. Tempus emortuale CATHARINÆ *Sabaudicæ* satis assertum est parte prima dictæ *Taphographiæ*, dies ultima *Septembris* anni 1336. Chronicon nostrum *Kœnigsveldense* diem unum prævertit, quoad annum vero mancum est, dum, ut alias etiam, ceteri numeri post millenum, centenariumque numeros ex oscitantia scriptoris omittuntur. Caussam tamen nobis pandit, cur apud HAGENUM annus 1349. legatur, facto ex simili, immo crassiori, incuria scriptoris a matre CATHARINA ad cognominem filiam CATHARINAM de *Cussino* lapsu. Quod, ut pateat, verba chronici *Kœnigs-*
b *veldensis* exscribimus. b)

CATHARINÆ *Sabaudicæ* ossa ac

IV. Numero ossium, ac integritate sua cadaver CATHARINÆ *Sabaudicæ* recensita hucusque principum *Austriacorum* Kœnigsveldæ deposita

a) Ibidem col. 24.

b) „ Sin (LUPOLDS) frow KATHERINA starb do man zalt von CHRISTUS gepurt drizehen hundert jar, tertio Kalendas *Octobris.* Sin tochter frow CATHERIN von *Gussin* starb, do man zalt von CHRISTUS gepurt drizen hundert und nün und vierzig jar, quarto Kalendas *Octobris*, und ist begraben bi hertzog LÜPOLD irem Vatter und ir muoter in der fürsten grab ze *Küngsfelden.* „

deposita funera antecellit. Nihil enim in hoc sceleto præter dentes plerosque desideres. Ipsa ossa, ubi mutuo sibi olim iuncta erant, colorem vix non sanguineum præseferunt. Hanc rubedinem pollincturæ adscribendam esse, cum viris in arte medica peritis existimamus. Supersunt etiam haud modicæ ricinii ex serico partes. Loculus clypeum, pileo ducali insignem, præfert, qui præter fasciam *Austriacam*, crucem albam, domus *Sabaudiæ* digma, repræsentat. Epitaphium hoc est: conditorium.

CATHARINA
SABAVDA
VXOR
LEOPOLDI
GLORIOSI
OBIIT
MCCCXXXVI.

V. Meliorem adhuc fortunam expertum est CATHARINÆ de *Cussin*, filiæ, corpus, *Kœnigsveldæ* usque ad translationem ad monasterium S. BLASII tam bene conservatum, ut nec tantum temporis spatium, nec cryptæ humiditas cadaveris integritati vitium intulerit. Sceleton itaque huius principis apud nos integrum reconditur; imo phalangibus manuum ac pedum plerique ungues in hunc usque diem adhærent; dentes tantum nonnulli tam inferioris quam superioris mandibulæ desunt. Novi conditorii epitaphium sequens est: Nec non CATHARINÆ de *Cussino*, filiæ. TAB. VIII. Lit. M.

CATHARINA
DE CVSSINO
FILIA
LEOPOLDI
GLORIOSI
OBIIT
MCCCXLIX.

Pileus ducalis tegit huius loculi clypeum, qui in duas partes ſectus, una digma *Auſtriacum*, altera duos leones argenteos in campo cæruleo, familiæ *Cuſiacæ* gentilitios, ſiſtit.

Deſcriptio veſtium CATHARINÆ in ſepulcro repertarum. TAB. II.

VI. Inter reliqua funera, quæ *Kœnigsveldæ* depoſita ad monaſterium S. BLASII nuperrime ſunt translata, habitus veſtium integrior CATHARINÆ huius fuit repertus. Caput involutum criſpo tenuique bombycino, quod nunc flavum præfert colorem. Plicatum crebrius, ſub mentum ductum hoc anadema totam obnubebat faciem, velum præterea ſericum defluebat ex capite ſuper collum, eidem circumligatum haud dubie, prout ſtatua *Tulnenſis* ANNÆ, RUDOLPHI I. uxoris repræſentatur apud ſodales meos in *Pi-*
a *nacotheca Princ. Auſtriæ*: a) qui obſervant ex monumentis Monarch. *Franc.* P. MONTEFALCONII muliebre iſtud tegumenti genus cum apud *Francos*, tum apud *Germanos* ſec. XIII. & ſequenti, in uſu frequenti fuiſſe, honeſtiſſimum ſane, ac pudori muliebri decentius, quam noſtra ætate uſus obtineat, apud virgines perinde ac matronas, *peſſimo ſane exemplo ſufflantes, alentesque ignem, quem extingui magis ſua intereſſet*, prout ſeculi hoc dedecus graviſſimis verbis deteſta-
b tur *I. Mich.* HEINECCIUS, b) reliquum præterea medii ævi corporis habitum eum in modum deſcribens, quem hic obſervare licet in prolixa ſtola: quæ in ſuperiore corporis parte ſtrictior eſt a coſtis usque ad colli limbum, & ſuper ſcapulas lineis nonnullis admodum contiguis, ceu radiis quibusdam, quæ ex filio ſerico textæ ſunt, aſcendentibus, ex quibus quatuor ſemper filamenta ſibi cohærent concinnata: ſeptem vero, non ultra, pollices alta ſunt, ea thoracis forma, quam hodieque ſervant illis in *Helvetiæ* partibus fœminæ ruſticæ. Circa præcordia in angulum elevantur plicæ, in quas inferior

a) P. I. Tab. XVI. n. 3. P. II. p. 79.

b) *Syntagma hiſt. de Sigillis* P. II. cap. 3. p. 211.

ferior ſtolæ pars quatuor pedes longa explicatur: cuius inferior limbus, qui undecim pedes porrigitur, ex eodem ſerico, fimbria prætextus eſt, & laciniatus eadem, pollicis nimirum latitudine, ac in manicis, quæ ſtrictæ ſunt, & oblongæ, ita ut facile partem adhuc manus obtegant, contra morem recentiorem brachia ad cubitum usque nudandi. Quæ omnia ex ſchemate, tabulæ æneæ inciſo, ad oculum pateſcunt. Zonæ nullum adeſt veſtigium, ſuperiore ſtolæ parte adſtricta ſuapte corpori. Veſtis pro more, ad talos defluens ſtaturam etiam magnam corporis indicat, ex oſſium perinde ac ſceleti compage comprobata. MENLIO apud ſodales meos præſtanti forma fuiſſe aſſeritur. Tab. II.

VII. Fatis ceſſit flore ætatis, perinde ac parentes & avunculi FRIDERICUS & HENRICUS. Annum & diem nativitatis ſolum chronicon noſtrum *Kœnigsveldenſe* memoriæ reliquit, ſolemnem eius baptiſmum in frequentia principum *Kœnigsveldæ* a IOANNE epiſcopo *Argentoratenſi* commemorans, collatum ipſo die, quo eccleſia *Kœnigsveldenſis* dedicabatur. a) Ubi tamen obſervandum eſt, hic eum, eodem tempore chorum etiam dedicatum fuiſſe, perhibere, cum infra, ut iam antea de AGNETE, CATHARINÆ amita, agentes, retulimus, chorum demum dedicatum aſſerat anno 1330. a RUDOLPHO epiſcopo *Conſtantienſi*: ubi eccleſiam dedicatam dicit ſeptimo idus id eſt, 7. *Februarii* anni 1320. hic vero *Idus*, id eſt, 13. *Februarii* eiusdem anni. CATHARINÆ huius nativitas. a

VIII. De ætate CATHARINÆ, qua elocata ſit, ſilet chronicon *Kœnigsveldenſe*, dum HAGENUS eam in iuvenili ætate nupſiſſe, memorat: Eius matrimonium.

a) „Der (LEOPOLD) hatt zwo tochtren eini hieſs KATHARINA als ir muoter, die toft byſchoff JOHANS byſchoff ze *Strasburg*. Derſelb herr uff denſelben tag wicht er Kor und Kilchen ze *Küngsfelden*, do man zalt von CHRISTUS geburt dryzehen hundert und zwentzig jar Idus *Februarii*. Do was groſs herſchaft gegenwirtig, die ſelb tochter wart gemahlet einem herrn von *Guſſin*, bi dem gewan ſi einen Sun. „

a b morat: a) Ducem nominat maritum *von Klöſin*, quem chronicon *Kœnigsveldenſe* dominum de *Guſſin*, alii b) de *Cuſin*, *Cuſſin* appellant. Quod vero Anonymus *Leobienſis* eam nuptam in *Franciam* conceſſiſſe perhibet, HASELBACHIUS autem maritum eius *Anglum* facit, videtur ſodalibus meis ſic conciliari, ut Dominus de *Cuſſin* ex *Britannia minori*, *Anglis* tum parente, oriundus eſſe dicatur: *Angli* tunc temporis alias etiam *Galliarum* provincias inundarunt; aliam rationem mox attingemus. *Mich. Ant.* BAUDRAND in *Diction. Geograph.* caſtrum oppidumque *Coucy*, *Cociacum*, *Codiciacum*, quaqua verſum nobis determinat. c) Illuſtr. B. de ZURLAUBEN d) ENGUERRANDUM VI. cui CATHARINA nupſit, etiam dominum de *Marle*, de la *Fere* & d'*Oiſy* facit, nuptiasque ponit ad annum 1338. cum ſodalibus meis e) P. STEYERERUM ſecutis, f) qui nuptias has PHILIPPO, *Galliæ* rege conciliante initas eo anno, ex apographo inſtrumenti, quod ex tabulario regio *Pariſiis* accepit, didicit, ac ſecundas etiam cum CONRADO HARDEKIO memorat, cum quo eodem anno 1349. peſte obierit.

Cauſſa irruptionis *Anglorum* in *Alemanniam.*

IX. Matrimonium hoc cauſſa fuit funeſti belli ac excurſionis ingentis *Anglorum* exercitus in *Alſatiam*, *Briſgoiam*, *Argoviam*, diu poſt mortem utriusque coniugum, anno 1375. factæ ab ENGUERRANDO VII. CATHARINÆ filio unico, EDUARDI III. *Anglorum* regis genero. Falſo autem, *Anglos* a LEOPOLDO *Probo* evocatos fuiſſe,

a) Apud *H.* PEZ. Script. Rer. *Auſtr.* T. I. col. 1130. b. „ Die ward in iren jungen Jaren dem Herzogen von *Klöſin* gemehlet und geben, bey dem Sy ainen Sun hett gebaren. „

b) ALBERTUS *Argent.* apud URSTIS. P. II. p. 121.

c) „ Château & ville de *France* dans la *Picardie*, & au *Laonois*, aux confins du *Soiſſonois*, prés de *Premontré*, & preſque au milieu entre la *Fere* au Septentrion & *Soiſſons* au Midy. Elle eſt remarquable pour les anciens Seigneurs, qu'elle a eu, on l'appelle ſouvent *Coucy* le chateau, pour la diſtinguer de *Coucy* la ville, qui eſt un Bourg au bas de la montagne du coté de Septentrion.

d) Tables génealogiques des Aug. Maiſons d'*Autriche* & de *Lorraine*. A *Paris* 1770. (8. pag. 99.

e) Loc. cit. p. LXVIII.

f) Hiſt. ALBERT. II. p. 693. 697.

fuiſſe, *Ioſ.* SIMLERUS de Republic. *Helvet.* & *Hen.* SUICERUS in *Chronol. Helvet.* ad an. 1374. perhibent. a) *Ægid.* TSCHUDIUS, a
qui in *chronol. Helv.* b) iam ad an. 1365. expeditionem CAROLI b
IV. contra *Anglos*, *Alſatiam* invadentes (*Anglos Alſatiam* ab anno 1360. per decem annos occupaſſe *Fel.* FABER in *hiſt. Suev.* perhibet: c) commemorat, ad an. 1375. alterum illud bellum, ſeu c
irruptionem *Anglorum* (quos a duce ENGUERRANO de *Coucy*, *die Gugler* vocabant) patriæ noſtræ funeſtam, contra *Auſtriacos* ſuſceptam, pluribus proſequitur poſt TRITHEMIUM, qui veram cauſſam ex ſententia ſcriptorum veterum his verbis explicat in chron. *Hirſ.* ad an. 1374. „Eodem quoque anno iterum venit in *Alſa-* „*tiam* crudelis, & centum millium pugnatorum exercitus de *Bri-* „*tannia*, *Normannia*, *Anglia* & aliis nationibus in unum collectis „per Comitem, ſive Dominum de *Kuſſino*, qui animos contra Du- „ces *Auſtriæ*, & quosdam alios gerebat hoſtiles. Cauſam tantæ „commotionis iſtam fuiſſe commemorant ſcriptores rerum tranſacti „temporis: Mater comitis præfati de *Kuſſin* filia fuit Domus *Au-* „*ſtriæ*, cui pater pro Dotalitia aſſingnaverat dominium illud totum, „quod *Ergaw* teutonice nominatur, aut ſummam pro eo notabi- „lem pecuniarum, ne vacua ad nuptias data videretur.„ Pluribus deinceps rei proceſſum narrare pergit. Breviter MEZERAY d) in d
Hiſt. Franc. attingit, occaſionem arreptam ab ENGUERRANO aperiens; dum facta *Anglos* inter, & *Gallos* pace redux ex *Italia* cerneret otioſum tantum militem, eum conductum in *Auſtriacas* terras duxiſſe, maternam, quam ſibi deberi contendebat, repetiturus hereditatem. Rem manifeſtat „ipſe ENGUERRANUS dominus de „*Cuiciaco*, comes *Sueſſionenſis* & *Bebffordie* & heres magni ducis „LUPPOLDI, primogeniti ducis *Auſtrie*, ut ſe nominat in literis

I 3 „paten-

a) Theſ. Script. *Helvet.* p. 23.
b) p. 37.
c) Apud GOLDAST. p. 56.
d) T. II. p. 488.

„patentibus.„ Ad civitates imperii *Argentoratenſem* & *Colmarienſem* &c. apud *Iac.* WENCKERUM: a) „Quod nos ad preces de
a
„*Cuſſay* venimus, ac fines aggreſſi ſumus propter hereditatem no-„ſtram recuperandam, que de iure hereditatis nobis debetur, cauſa „ſucceſſionis dilectiſſimi ducis LUPPOLDI domini & avi noſtri ſu-„pradicti, cuius anima in Domino requieſcat, que hereditas no-„ſtra a cognatis noſtris de *Auſtria* ſcilicet Ducibus ALBERTO & „LUPPOLDO iniuſte & ſine cauſa detinetur &c.„

ELISABETHÆ uxoris HENRICI *Placidi* mors.

X. Supereſt ſocrus CATHARINÆ, ELISABETH, *relicta quondam Domini* HENRICI *Ducis Auſtriæ & Styriæ*, ut habet inſcriptio epitaphii eiusdem plumbo infuſa, iamiam unacum cadavere *Kœnigsvelda* ad S. BLASII monaſterium transportati: ſola, quæ annum mortis exprimat 1343. Addit chronicon noſtrum *Kœnigsveldenſe* diem eandem cum necrologio *Græcenſi* XVIII. Kalendas *Octobris*, feſtum ſcilicet exaltationis *S. Crucis* XIV. *Septembris*.
b
Errat proinde Anonymus *Leobienſis*, b) qui recte quidem anno 1343. ſed perperam menſe *Octobri* mortuam tradit. HAGENUS
c
c) vero rotundo, ut dicere ſolemus, utitur numero, ſolutamque corporis compage 1340. in *autumno* perhibet. Nec ELISABETHAM ætatem longe protraxiſſe, obſervatum eſt, P. I. *Taphographiæ*, ex epocha nuptiarum cum HENRICO.

Oſſa, ac loculus in conditorio *San-Blaſiano*. TAB. VIII. Lit. O.

XI. Etſi funus ELISABETHÆ huiusce nec pollinctum, nec ſingulari quadam cura contra corruptionem munitum fuerit, eo tamen numero oſſa huius cadaveris ſe ſe nobis obtulerunt, ut deficientibus quibusdam dentibus alterove brachio, minutiſſimæ etiam manuum, pedumque extremitates apud nos in pace quieſcant, magnam-

a) Apparatus & inſtructus Archivorum, pag. 216. ſeq.

b) Apud *Hier.* PEZ. Script. Rer. *Auſtr.* tom. I. col. 966. b.

c) Ibid. col. 1130. c.

namque diem Domini exſpectent. Epitaphium in novo conditorio ſequens eſt:

ELISABETHA
VXOR
HENRICI
PLACIDI
FILIA
RVPERTI
COM. DE
VIRNENBVRG
OBIIT MCCCXLIII.

Pars ſcuti, appendentis loculo, digmate *Auſtriaco*, altera aureis rubrisque rhombis, quæ erant familiæ inſignia, utraque pileo ducali ornatur.

XII. Tempus nuptiarum pactarum prodit diploma FRIDERICI *Pulchri* in Auctario dipl. *Pinac. Princ. Auſtr.* a) quo cum reliquis ſuis fratribus conſentit in dotem, ab HENRICO *Placido* futuræ ſponſæ ſuæ ELISABETHÆ, RUPERTI *quondam comitis de* VIRNENBURG filiæ conſtituendam, Dat. *Vienn.* A. D. 1314. IX. *Kal. Aug.* Aſpirabat FRIDERICUS, coniunctis fratrum ſuorum votis & contentione, ad cæſaream dignitatem, morte HENRICI VII. tunc vacantem. Alienos a ſe fecerat ALBERTUS I. pater electores, imprimis eccleſiaſticos, *Epiſcopos ſibi rebelles* (ſunt verba chron. *Clauſtro-Neoburg.* ad an. 1302. apud *H.* PEZIUM b) „ſcilicet *Coloniæ*, „ *Magunciæ*, & *Treverenſem* vaſtatione & deprædatione bonorum, „ urbium ac caſtrorum vallatione, ac multiplicium damnorum illa„tione, ſibi ſubiugavit, ita, ut cum ſe ſibi reſiſtere non poſſe cer„nerent, tandem compoſitione amicabili ipſius gratiæ ſe reſtitui la„bo-

Occaſio nuptiarum ELISABETHÆ huius de *Virnenburg.*

a

b

a) P. I. num. III. pag. 2. ſeq.

b) Script. Rer. *Auſtr.* T.I. col. 475. a. b.

„ borarent, quod & factum est. „ Meminit eiusdem discordiæ, red-
a integratæque concordiæ EBERHARDUS *Altahensis* a) in annal. ad an. 1301. at manebat mente reposita ira, visque illatæ memoria. Solus HENRICUS *Coloniensis*, ELISABETHÆ avunculus, electus Ar-
b chiepiscopus post VICBOLDUM b) (qui multa passus fuisse dicitur ab ALBERTO I. in magno chron. *Belg.*) in partes trahi potuit, pactis nuptiis HENRICI cum ELISABETHA. HENRICUS *de* VIR-
c NENBERG *Coloniensis*, inquit ALBERTUS *Argent.* c) *acto inter alios tractatu fecit, quod filia fratris sui comitis de* VIRNENBERG *copulata fuit* HAINRICO *Duci Austriæ, fratri* FRIDERICI; *similiter adhæsit eidem.* Idem iam antea recensuit electores laicos, regis quondam RUDOLPHI nepotes, qui partes FRIDERICI pariter secuti sunt; qui econtra LUDOVICUM, *Bavarum* nempe, cum IOHANNE rege *Bohemiæ*, *Moguntinus* & *Trevirensis.* Uterque a sua factione tandem, postquam eo in negotio integram æstatem consumpsissent, fuit electus. Pergit ALBERTUS: LUDOVICUS *itaque* AQUISGRANI *a* MOGUNTINO *&* TREVERENSI *in loco, quo debuit, sed non a quo debuit*: FRIDERICUS *vero in* PUNNA *a* COLONIENSI, *a quo debuit, sed non in loco, in quo debuit, coronati sunt.* Cum LUDOVICO *Palatino* a FRIDERICO stabat etiam RUDOLPHUS, etsi frater esset LUDOVICI *Bavari.* Qua de re, tum ea, qua de nunc agimus,
d „ FRIDERICUS (inquit Anonymus *Leobiensis*, d) habita, firmata-
„ que amicitia cum duce LUDWICO *Babariæ*, provide & sagaci-
„ ter ad regnum æstuans, RUDOLPHUM *Palatinum* LUDWICI
„ fratrem, efficit suæ partis. Misit & ad HAINRICUM episcopum
„ *Coloniensem*, cum quo similiter convenit, ita ut HAINRICUS
„ Dux, frater eius, RUPERTI Comitis de *Wyrenburg* filiam fratris
„ epi-

a) Apud CANIS. T. IV. p. 227. ed. 1725.
b) Vid. *Gall. christ.* T. III. p. 696.
c) Apud URSTIS. Script. P. II. p. 119.
d) Apud *H.* PEZ. Script. Rer. *Austr.* T. I. col. 911. a.

„ episcopi, duceret in uxorem. Quo pacto Præsul virtutem ele-
„ ctionis promisit, & ad locum cum quingentis in FRIDERICI ad-
„ iutorium se deventurum; & sic Iuvenis cum iuvencula nuptias
„ in illis partibus solemniter celebravit, ibique ad aliquod tempus
„ remansit. „ Ex quibus verbis colligitur, nuptias eodem tempo-
re ac loco an. 1314. fuisse celebratas mense *Octobri*, ut communis
est opinio: cui haud obest *Viti* ARENPECKII narratio, a) vigesimo a
secundo *Augusti* Electores convenisse: „ duos in controversia ad im-
„ perium eligentes inter se consobrinos, LUDOVICUM Ducem *Ba-*
„ *variæ*, FRIDERICUM Ducem *Austriæ*. . . Cuius (pergit) Electo-
„ res erant, HEINRICUS Archiepiscopus *Coloniensis*, quem sibi mu-
„ neribus, & donis allexit, & insuper sui sanguinis nobilitatem de-
„ generando filiam (fratris) præfati Archiepiscopi *Coloniensis*, fra-
„ tri suo Duci HAINRICO matrimonialiter copulavit. „ Situm co-
mitatus *Virnenburgensis*, inter ditionem *Lucemburgensem*, & *Tre-*
virensem iam sodales mei in nota ad citatum paullo ante FRIDE-
RICI *Pulchri*, & fratrum diploma de dote ELISABETHÆ *Virnebur-*
gicæ ex BERHTELII histor. *Luxemburg.* notarunt. Fuit postea alius
ex hac familia cognominis HENRICUS de *Virneburg*, archiepiscopus
Moguntinus, electus quidem iam anno 1331. quo, aut an. 1333.
iuxta auctores *Galliæ Christianæ* b) HENRICUS de *Virneburg Co-* b
loniensis mortuus est. De *Moguntino* multa leges apud Annalistas,
imprimis ALBERTUM *Argentinensem*, & *Ioannem* TRITHEMIUM
in *Annal. Hirsaug.* Obiit anno 1353. iuxta *Galliam Christianam*:
ubi etiam agitur de IOANNE de *Virneburg* archiep. *Moguntino* in-
truso, sed iterum amoto.

CAP.

a) Loc. cit. col. 1237. d. & 1238. a. b) T. III. p. 697.

CAPUT VII.

DE LEOPOLDO III. COGNOMENTO PROBO APUD SEMPACHIUM INFELICITER SUCCUMBENTE.

§. I.

Leopoldus fator fuperftitis *Habsburgicæ* domus.

Ultimum iam fiftimus, qui cryptæ *Kœnigsveldenfi* illatus fuerat, Leopoldum, *Probum* cognomento, nec non tertium hoc nomine ex pofteritate Rudolphi I. R. R. inter *Auftriæ* duces *Habsburgici* ftemmatis. Leopoldo II. poft fratrem Fridericum II. immaturo pariter fato functo, (erant hi filii Ottonis) ex filiis Alberti I. fuperftes adhuc Albertus II. *Sapiens* dictus, poftremum hunc Leopoldum ex Ioanna *Pherretana* fufcepit filium, *Habsburgicæ* domus propagatorem, immo fatorem lineæ *Tyrolenfis*, in quam fucceffu temporum omnis Auguftæ gentis gloria collecta confiftit, hodieque fuperftes.

Aufpicato ad monafterium S. Blasii translatus.

II. Leopoldus, auctor huius gloriofæ familiæ, translatus fuit ex *Helvetia*, ubi infeliciter cæfus interiit, ad monafterium illud, D. Blasii inquam, cuius paci tranquillitatique femper ftuduit, a) compofitis præfertim, dum iam prope interitum erat, amica conventione anno 1385. controverfiis & diffenfionibus inter Abbatem S. Blasii, Henricum, fubditosque eiusdem, faltum nigrum incolentes, circa *ius caduci*: infuperque immunitates, exemptiones, privilegia, & iura memorato D. Blasii cœnobio a fummis Pontificibus, imperatoribus, regibus, ac ducibus, tam fecularibus, quam ecclefiafticis, præfertim vero ab Auguftiffima Domo *Auftriaca* indulta & conceffa, de novo confirmavit per inftrumentum,

a) Primum inftar ceterorum edimus in appendice diploma an. 1370. quo fatrapas *Argoviæ* iubet adeffe monafterio S. Blasii auxilio, ac vi, propulfando.

quod in cod. probat. *Geneal. dipl. Habsb.* chartæ anni 1398. feria V. ante festum S. M. MAGDALENÆ ad verbum insertum legitur. a)

a

Jtem die fründ gottes bekanten an der küngin die gäb vnd die gnäd gottes. Alſo ſchweſter Helg von Wolhuſen ſeit: do ſi an irem end lag vnd den jungſten töff enpfangen hatt, do kam die küngin in gen vnd wolt bi der ſchweſter ende ſin, do vieng die ſiech ſchweſter an ſüſſehlich reden als verr ſi mocht, vnd ſprach knüwent alle die hie ſint vnd bettent wän ich ſich min herren vnd minen gott in dem menſchen, der da herin gät, wonen, vnd mich gnedeklichen beſehen. Nu wist nieman der da was, das die Küngin hatt des tags gotz licham empſangen, vnd das ein liecht des heiligen Sacramentz vſs ir lüchte, darin die ſterbende ſchweſter bekant, das die küngin zuo dem Sacrament was gangen. Nu begunde ſi ſer alten vnd ſchwachen vnd beſchach des jars do ſi öch ſtarb vff Sant Barnabas tag des zwölff botten. Da vor an ſant Georyen tag was es, das ſi der ſiechtag anſtieſs, des ſi öch ſtarb mit groſſem we. Doch wenn ſy all ir tag gedult gelert hat dar vmb hielt ſy die tugent ſo hart, das in allem we kein wort noch ſo klein ein ſtimli von ir gehört wart. Do nu die krankheit ſo groſs was, do rieten alle die bi ir warent, das man ir den letſten töff ſolt geben. Do das geſchach, do veriach ſy einer perſon die ir da allerheimlicheſt was vnder den andern, das ſy von gott durch das heilig Sacrament des leſten töffes geſichert were wer ioch das ſo klein ein mäſlin were an ir ſele von keinerley ſchulden, das hett ſi durch das heilig Sacrament abgeweſchen. Darnach kam ſy etwas wider, vnd wart do gedenken wie ſi ir ſele geret wol beſorgete vnd beſatzte, vnd tet ſi erlich den armen alle vmb und vmb in die welt, vnd anderſwa hin in kloſen das man wol weiſs, das wer ze lang ze ſchriben, wän ſi beſatzte iren edlen Jungkfrowen vnd allem hoff geſint erlich libgeding, vnd irem bichter bruoder Ludwig von Oberndorff, vnd fünff Junkfrowen, die ſi in klöſter tet, die ſy alle erlich zuo ende ir will beſorget. Alſo nam der ſiachtag zuo, vnd ſi ab an allen liplichen kräften, das ſi nu kein übunge me erliden mochte; denn das ſi ſtark was des inren menſchen der kräften der ſele, vnd alſo beſtuond ſi bis vff ir ende. Alſo ſi von den gnaden gotz ſtark beleib der ſinne, do gab man ir noch zuo letzte dirre zit, und ze aneuang ewiger zit den fronlichame Cristi, vnd gab ſich do aber gantz ergebenlichen in die hende gotz, dem ſi ietzent achzig vnd vier jahr gedienet hette. Dar nach an Sant Barnabas tag des Zwölff botten ze Tertij zit do vieng ſy an ziehen, vnd ze veſper zit was ſi verſcheiden, do man zalt von Cristus gepurt dritzehen hundert vnd vier vnd ſechzig jar, jres alters an dem achzigoſten jar vnd vier jar, als aber das cloſter geſtift wart ze Küngſueld zwey vnd fünfzig jar. Do truogent ſi die bruoder den frowen zuo ſehent die liebſten muoter, die nit allein inen allein, me des landes vnd aller armen menſchen beſorgerin was geweſen. Alſo was ſi ſunder bekleidet von den reinen megten die dar zuo geordnet wurdent, vnd wart darnäch an dem achteden tag begraben in der fürſten grab ire vordren, rich-
31 ſent mit gott Vatter ſun vnd heiliger geiſt *ewenglichen un ende. Amen.* 31)

WIE

30) *Ruffian* dicitur mulier, quæ allicit ant adducit ad peccandum, ut mima, lena, nebula. Buoben ribaldi, lenones.

31) Verba hæc finem chronici indicant. Quæ etiam mox inſolito latino ſermone ſequuntur de origine urbis *Waldsbut* coniecturam præbent, quæ ſequuntur a ſcriba, qui ſe ad calcem *Waldisbutanum magiſtrum* nominat, *Clewy* Fryger *von Waltzhuot lermeyſter*, fuiſſe adiecta: cui eidem ſi tribuas, quæ de Agnete, Boleslai II. ducis *Suidnicenſis* uxore affertuntur pag. 94. item not. 3. eam demum an.

WIE LANG IST DAS WALTZHUOT DIE STATT GESTIFT VND GEBUWEN WART.

Anno Domini M.° CC.° XLIX. RUODOLFFUS Comes in Hapſpurg & Kiburg, Alſacie Lantgrauius & ALBERCHTUS frater eius canonicus argenten. - - - datam, Waltzhuot edificaverunt, & libertaverunt. Jdem RUODOLFFUS invictibilis omnes dominos Alſacie, Briſgaudie, Turgaudie & Burgundie, Epiſcopos argenten. ac Baſilienſs, ac PRTRUM comitem Sabaudie laudabiliter deuicit, & poſtea Anno domini M.° CC.° LXXIII. factus eſt ab omnibus electoribus Rex Romanorum in die MICHAHELIS, coronatus poſtea Auſtriam, Stiryam, Karinthiam per militie pugnam acquiſivit. OTTAKORUM regem Boemorum interfecit poſtea reuerſus ad renum friburgen - - epiſcopum Colonienſem, epiſcopum Spirenſem, Comites de Würtenberg, & Sabaudie, Lantgrauium Turigie, & Bernenſes ciues omnes rebelles refrenauit, poſtquam regnauerat XVIII. Annis, & totam Almaniam ſibi ſubiungauerat in die MARGARETE obijt in Spiria.

Item in dem Jar do man zalt von gottes gepurt Tuſent zwey hundert vnd nün vnd vierzig jar Graff RUODOLFF von Hapſpurg vnd Kiburg lantgraff ze Elſaſs, vnd ALBRECHT ſin bruoder Korherr ze Sträſburg, die Statt ſchloſs Waltzhuot buwten vnd frygtent, der ſelb Graff RUODOLFF vnſiglos alle herren ze Elſaſs, Briſgow, Turgow, vnd Burgundie, die Biſchoff ze Straſburg vnd Baſel, vnd Graff PETER von Savoy lobelich hat überwunden, vnd darnach in dem Jar do man zalt von gottes gepurt M.° CC.° LXXIII. iſt er gemachet von allen erwellern vnd Kurfürſten Römſcher küng vff Sant MICHELS tag gekrönet, darnach Oeſterich Styr vnd Kerndern dur Ritterlich ſtrit gewunnen vnd OTTAKORUM den küng ze Behem ertöt vnd erſchlagen. Darnach fuor er wider an den Rin gen Friburg den byſchoff ze Kölen den byſchoff ze Spir, die Graffen von Wirtenberg vnd Sabaudie Safoy, den lantgrafen ze Turigie, vnd die burger ze Bern, vnd all widerſpenige vnd vngehorſami zömpt er. Vnd nach dem als er richſnet XVIII. Jar, vnd im alle tütſche land vndertänig machet, do ſtarb er vff Sant MARGARETEN tag ze Spir.

Anno domini M.° CCC.° LXXVIIII. am nechſten ſunnentag vor Sant MICHELS tag do geſchach ein teillung von hertzog ALBRECHT vnd hertzog LÜPOLDEN des lamen hertzog AL-

1392. obiiſſe mortem, auctorem noſtrum cum morte AGNETIS, viduæ ANDREÆ *Ungariæ* regis, † an. 1364. confundere, ac narrationem ſuam finientem antiquiorem eſſe concludes, quam ut ea, quæ de LEOPOLDO *Probo*, & eius filiis adduntur, eidem adſcribas. Quæ vero ſuccinctius hic de LEOPOLDO *Probo* eiusque funeſta morte leguntur, copioſius deducta reperies in ſæpe laudato chronico ſeu de origine & hiſtoria Archiducum *Auſtriæ* toto libro II. apud B. de SENCKENBERG *Sel. Iur. & hiſtor.* T. IV. pag. 92. ſeqq. qui in præfatione p. 14. teſtatur ſe deprehendiſſe libellum huncce apud amicum, cuius exemplo eum an. 1615. *Königsveldæ* deſcriptum eſſe, priorum poſſeſſorum aliquis addiderat. Auctorem huius chronici, quod librum I. attinet, ad verbum fere deſcribit *Jac.* LANGHANS in MS. „Von uff- und abgang der uralten Hertzogen zu *Oeſterrych* und dem alten Edlen ſtammen der Graffen von „*Habsburg* an wölliche diſs Hertzogthumb khomen iſt by „FERDINAND den dritten diſs Namens jezigen Romiſchen Keiſer, König in *Ungern & Bohem.* Auch von „ſtifftung des Furſtlichen cloſters *Königsvelden*, und anderen denckwurdigen ſachen uſs glonbwurdigen geſchichten und Jarzyt Buocheren colligiert und zuſammen gezogen Durch *Jacob* LANGHANS Notarium publicum *Bernenſem.*„ Quod MS. mecum communicavit *J. J.* BREITINGER P. P. *Turicenſis.*

Albrechtz Sun, vnd wart das lant Oesterich hertzog Albrecht, vnd hertzog Lüpold wart Styr Kerndern Krain Tyrol, vnd alles land ze Schwaben vnd hundert tusent guldin darzuo.

WIE LANG IST DAS HERTZOG LÜPOLD VERLOR.

Item der vorgenant hertzog Lüpold wart erschlagen ze Sempach Anno domini M.° CCC.° vnd LXXXVI. jar nono die Julii. Jtem darnach in dem andern jar beschach ein grosser strit ze Glarus.

Item des vorgenanten hertzog Lüpoldz bruoder hertzog Albrecht der starb ze Wien anno domini M.° CCC.° LXXXXV. im Oegst.

VON HERTZOG LÜPOLD SÜNEN WAREN IIII.

Item der vorgenant hertzog Lüpold lies vier Sün. Der erste hiess Wilhelm, der ander Lüpold, der dritt Ernst, der vierde Fridrich. Hertzog Lüpold hat ein gemähel, was von Burgundie, hiess Katherina, vnd was hie vor in dem land mit siner gemehelin etwa wenig jar, vnd schuoff zemäl guoten frid in allem sinem lande. Jtem er köft Engen vnd Hewen, Er gewan öch Rinegg anno domini M.° CCC.° vnd LXXXXV.

Jtem er gewan öch die veste Keppenbach. Jtem er fuor öch mit grosser ritterschaft gen Frankfurt. Er zöch öch mit grosser ritterschaft in des herren land von Meylan mit Küng Rruoprechten von peygern, vnd wart Ritter anno domini M.° CCCC.° vor Michahelis. Jtem er starb ze Wien in dem ögsten anno domini M.° CCCC.° XI.°

Item anno domini M.° CCCLXXXXVI. an dem nechsten mendag vor Sant Michels tag do wart gevangen in der heydenschaft der hertzog von Burgundie aber ander mechtig herren vnd fürsten ane zal wurdent da erschlagen.

Item Anno domini M.° CCCC.° VIII. do was der kalt winter, vnd die kelti huob sich an vff Sant Martis tag vnd am äbend, vnd weret bis an die liechtmess, vnd an Sant Briden äbend anno predicto do wurdent die wasser als grofs vnd des ises vil bruggen hin giengent vff dem Rin vnd vff der Aren.

Jtem in demselben jar vff Sunnentag vor Sant Michels tag, do beschach ein grosser strit vor der Statt Monstrich, vnd an demselben strit wurdent erschlagen der von Luk vnd der iren drissig tusent vnd mer, die an der walstatt tot lagent. Aber der hertzog von Burgundy vnd ander fürsten vnd herren lagent des selben stritz ob. Doch belibent von der ritterschaft an demselben strit bi drin hundert mannen, die öch daselbs erschlagen wurdent.

Jtem dis buoch von der herschaft von Oesterich Vrsprung wart geschriben an der nechsten

nechsten mitwochen vor dem sunnentag in der Vasten als man singt in der heiligen Kristenheit Oculi, als man zalt von Cristus gepurt M° CCCC° XXXXII. Jar.

CLEWI FRYGER VON WALTZHUOT
LERMEYSTER. 32) 32

32) Albertum & Lupoldum fratres labente sec. XIV. contulisse monasterio *Kœnigsfeldensi* ius patronatus ecclesiæ inferioris in *Waldshut*, diploma eam in rem, quod sine die & consule in chartulario horum ducum refert B. de Senckenberg T. IV. *Select. Iur. & hist.* pag. 233. Cessit id emptione an. 1684. monasterio S. Blasii, in quo nunc etiam eorum corpora quiescunt, quorum in remedium animarum donatio illa est facta.

II.

RUDOLPHUS, EX COMITIB. DE FROBURG, PRÆPOSITUS BERONENSIS, ET RUDOLPHUS HABSBURGIC. CANONIC. BASIL. OMNE IUS SUUM, IN PRÆPOSITURAM LUCERNENSEM COMPETENS, IN ARNOLDUM, ABB. MAURBACENSEM, TRANSFERUNT.

Rudolphus Præpositus *Beronensis* a) & Rudolphus de *Habspurg* b) Canonicus 1250.
c) Omnibus præsentes litteras inspecturis notitiam subscriptorum cum salute. XXII. *Aug.*
Notum volumus esse, universis, quod renunciavimus, & præsentibus renun- Ex Autographo *Maurbac.*
ciamus omni iuri, quod nobis in Parochiali Ecclesia *Lucernensi*, d) *Constantiensis* Diocesis ratione provisionis Apostolicæ sedis competebat, vel competere videbatur, promittentes, data fide nomine iuramenti, quod nunquam Venerabiles in Christo Abbatem XX. e) & Conventum *Murbacensem* f) seu successores, ipsorum, super eadem Ecclesia inquietabimus, vel etiam impetemus. Ut autem hæc renuntiatio robur obtineat firmitatis, Præsenti Cedulæ sigilla nostra dedimus appendenda. Actum anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Quinquagesimo in octava B. Mariæ semper Virginis assumptæ. a b c d e f

a) Erat natus ex Comitibus de *Froburg*, præposituram *Beronensem*, seu *Munster* in *Argovia* obtinuit.

b) Rudolphus de *Habsburg*, filius natu minor, Rudolphi *Taciturni*, Comitis de *Habsburg-Lauffenburg*, qui Rudolphi *Senioris* filius, atque adeo Rudolphi I. *Rom.* regis patruus, illius mater Gertrudis de *Regensberg*. Electus est episcopus *Constantiensis* 1274. obiit 3. *April.* 1293. An. 1276. Carolum, Rudolphi I. filium *Rhenofeldæ* in festo S. Valentini, i. e. die XIV. *Februarii* natum, ipso die Sabbathi S. baptizavit. *Taph.* P. I. lib. II. cap. II. p. 100. seq.

c) Erat antequam ad episcopatum, ut præmittitur, *Constantiensem*, Rudolphi I. RR. adiutorio promoveretur, Canonicus & Præpositus *Basileensis*.

d) Abbatia, seu Præpositura *Lucernensis* pertinebat *Murbacensi* Abbatiæ.

e) Arnoldus a *Grisberg* nomine.

f) *Maurbach* nempe in *Alsatia*.

III.

RUDOLPHUS MONASTERIO CELLÆ B. MARIÆ IN SILVA NIGRA CURIAM IN VILLA TÜNGEN VENDIT. a) a

1271. XXVI. *Febr.* Ex Archiv. *Badо-Durlac.*

RUDOLFUS Dei gratia de *Kiburch* & de *Hapsburch* Comes, nec non *Alſacie* Landgrauius, univerſis in Chriſto fidelibus preſentem literam inſpecturis, ſalutem & noticiam ſubſcriptorum. Ne veritas occultetur, ea que fiunt apud homines, ſcripture conſueuerunt teſtimonio precaueri. Nouerit itaque tam preſens etas, quam futura poſteritas, quod nos Monaſterium *Celle ſancte* MARIE in nigra Silva ordinis ſancti AUGUSTINI *Conſtantienſis* Dyoceſis, ſpecialis amplectentes prerogatiua dilectionis, quamuis ab aliis plus forſan potuerimus habuiſſe, curiam noſtram in villa *Tüngen* nobis pro dote Nobilis mulieris GERDRUDIS uxoris noſtre obligatam, viris religioſis Abbati & Conuentui Mon. *Celle* predicte, de bona voluntate & expreſſo Conſenſu G. uxoris noſtre predicte, & nobilium virorum fratrum ſuorum, ALBERTI, BURCHARDI, & ULRICI Comitum de *Hohinberg*, cum hominibus, vineis, pratis, agris cultis & incultis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, nemoribus, molendinis, diſtricta, Iurisdictione, bannis, honoribus, juribus, & libertatibus, prediis, ſeruitutibus, ruſticis & urbanis, redditibus, & utilitatibus quibuslibet quocunque nomine cenſeantur, vendidimus pro ducentis marcis, puri & legalis argenti, quas confitemur eſſe nobis appenſas, & plenarie perſolutas, & in uſus, & utilitatem G. uxoris noſtre predicte & puerorum ipſius eſſe converſas, predictum Abbatem & Conuentum in predicte curie diſtrictus, bannorum libertatum, & aliorum jurium, poſſeſſionem uacuam inducentes & liberam nihil nobis, ſeu predictis uxori noſtre, & fratribus ſuis in eisdem juris penitus reſeruato. Quare nos, una cum ſepedictis uxore noſtra & fratribus ſuis, pro nobis & noſtris ſucceſſoribus renunciamus exceptioni non numerate pecunie, & de argento nobis non appenſo vel tradito, beneficio reſtitutionis in integrum, literis impetratis, vel impetrandis, conſuetudini, auxilio juris Canonici & Civilis, actioni cuilibet & generaliter omnibus exceptionibus ac ſi nominatim & ſpecialiter eſſent a nobis expreſſe, per quas quidem predicta venditio poſſet a nobis vel noſtris ſucceſſoribus in poſterum retractari, Nos quoque una cum AL. & BU. Comitibus de *Hohinberg* predictis promiſimus & promittimus ſepedicto Domino Abbati, nomine ſui Mon. pro nobis & G. uxore noſtra predicta & VL. fratre ipſius, & aliis quibuslibet de predictis omnibus & ſingulis, tam in foro eccleſiaſtico quam civili nos exhibituros debitam Warandiam. Nos G. Cometiſſa de *Hapsburg* predicta per juramentum renunciamus exceptioni pro dote ſeu vellejano. Nos quoque AL. B. & VL. Comites de *Hohinberg* renunciamus omni juri quod nobis in dicta curia competebat, ius proprietatis in predictum Dominum Abbatem & Conuentum transferentes, promittentes eisdem, quod de Advocatia nos nullatenus in dicta curia vel ſuis pertinentiis intromittemus, niſi de conſenſu Abbatis, & Conventus predictorum. In horum omnium euidenciam, & teſtimonium indubitatum, preſentem confici procurauimus literam ſigillis nobilium virorum Avunculorum noſtrorum C. de *Friburg*, & H. de *Fiurſtenberg* Comitum, noſtroque, & uxoris noſtre ſepedicte, AL. B. & VL. fratrum de *Hohinberg*, nec non Uniuerſitatis Ciuium in *Friburg* fideliter communitam, Nos G. Cometiſſa de *Hapsburg*, AL. VL. & BU. fratres predicti preſcriptis conſenſum adhibentes, cum de noſtra & cum noſtra proceſſerint voluntate, ſigilla noſtra duximus preſentibus appendenda. Nos C. & H. fratres de *Friburg* &

& de *Fiurſtenberg* Comites ad petitionem predictorum nobilium virorum R. de *Habsburg* AL. BU. & VL. Comitum de *Hohinberg*, ſigilla noſtra duximus preſentibus appendenda. Et nos Scultetus & Conſules de *Friburg* nomine Univerſitatis noſtre ſigillum Univerſitatis ad petitionem eorundem duximus etiam appendendum. Datum & Actum anno Domini M.CC.LXX.I. III. Kal. *Marcii.* indict XIIII.

a) Diploma hoc primum in lucem protraxit *Joan. Frid.* HERBSTER, *Bado-Durlac.* Conſil. aul. & Archivarius ex ipſo autographo *Durlacenſi* (*Carlsruher nuzliche Sammlungen XI. und XII. Stück Samſtags den* 18. *Merz* 1758.) dum vero huiusmodi impreſſæ plagulæ, quæ hebdomadatim ſparguntur, facile diſpareant; uti certe poſt diuturniorem tandem diſquiſitionem hanc ipſam recuperavi, operæ pretium omnino duxi, recudere diploma hoc multis nominibus ſumme memorandum, ac quantivis æſtimandum. Res quippe extra dubium ponit, de quibus ingens inter ſcriptores fuit contentio, natales nimirum primæ RUDOLPHI I. R. R. uxoris ex ſtirpe Comitum de *Hohenberg*. Dumque puerorum ipſius etiam fit mentio, eadem mater comprobatur GERTRUDIS, quæ in aliis, poſt coronationem ſcilicet in *Romanorum* reginam datis diplomatis conſtanter ANNA vocatur, ut in *Faſtis Rudolph.* cap. II. num. VIII. ſeqq. *pag.* XIII. ſeq. oſtendimus, antequam diploma hoc ſub obtutum venit. Add. dicta ſupra cap. II. §. IV. & V. pag. 8. ſeq.

IV.

EPISTOLA ANONYMI AD EDUARDUM, ANGLIÆ REGEM, QUA CERTIOR FIT DE MORTE HARTMANNI, RUDOLPHI, ROM. REGIS FILII. a)

A Son tres cher Seignor, ſaluz & révérence com â Son Seignor. 1281. Ex Autogr. Turris *Londinenſis.*

SIRE, le dimanche devant Noel esteit ARTHMAN le fiz le Rei de *Alemaigne* â un chaſtel ke a nom *Briſac*, b) e eſt ſur le *Rin*, & ileuc ſe miſt en un batel pur aler ver ſon Pere, avalant le *Rin*, une obſcurté ſorvint ſi grand de ke les mariners eſtéent ſi abay ke il ne ſe ſavéent eider. Si hurta lor batel â une ſouche, e nea ARTEMAN e tout le plus de ſa compaigne.

SIRE, je vous mande c'eſte novéle pour ce ke vous ne ſeéz en penſée de envéer meſſages au Rei de *Alemaigne* pur reſponſe ke vous éez eu de li par vos meſſages.

SIRE, entre le Roy de *Alemaigne* & le Counte de *Saveſe* a grant gerre, & ount la gent le Rei gaſte grant partie de la tére le Counte. c)

SIRE, Notre SIRE vous gard.

V.

a) Deſcripſit has litteras ex autographo *Londini* D. BREQUIGNY: pertinent autem ad an. 1281. quo dominica proxima ante natale Domini incurrit in diem 21. *Decembris*, qua mittendis ad regem *Alemanniæ* legatis pro reſponſo illius per nuncios accepto, cogitet.

b) HARTMANNUM navem aſcendiſſe narrat auctor epiſtolæ in caſtello nomine *Briſac* ſupra *Rhenum* ad inviſendum patrem, obortam autem in deſcenſu *Rheni* obſcuritatem denſam tantopere attonitos reddidiſſe nautas, ut dum opem ſibi ferendo impares eſſent, navi ad truncum compulſa, HARTMANNUS & maior ſociorum pars aquis ſubmergeretur. Addit ſe ſcribere hoc nuncium, ne rex de

c) Memorat demum grave eſſe bellum inter RUDOLPHUM, & Comitem *Sabaudiæ*, vaſtaſſeque milites regis magnam partem terræ comitis. Quæ in *Faſtis Rudolph.* capite ultimo demum p. CLXXIX. notavimus, quod necdum ad manus eſſent, cum ſuo loco de HARTMANNI naufragio tractaretur. Anno 1283. 27. *Dec.* pax coaluit inter RUDOLPHUM I. & PHILIPPUM Comitem *Sabaudiæ*, quæ extat apud LUNIG *P. Spec. Contin. I. Abth. I. Abſ. II. pag.* 558.

V.

RUDOLPHUS IMP. DONAT. ECCLESIÆ BASIL. IURA PA-
a TRONATUS ECCLESIARUM IN AUGST, ET ZEININGEN. a)

1284. XVIII. Oct. Ex autographis.

RUDOLPHUS, DEI Gratia *Romanorum* Rex ſemper auguſtus, univerſis Sacri Imperii *Romani* fidelibus, præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam, & omne bonum.

Opus pium, & nobile, DEOque placitum, & acceptum, pie perficimus, dum his, quos communis fatalitatis lex ſegregat ab hac vita, pro ſuis abluendis reatibus, & æterna beatitudine obtinenda, eleemoſinarum noſtrarum largitionibus ſubſidium impertimur. Hinc eſt, quod nos hac pia conſideratione commoti, pro inclytæ quondam ANNÆ, *Romanorum* Reginæ, coniugis noſtræ chariſſimæ, nec non pro Illuſtris quondam HARTMANNI, filii noſtri chariſſimi, animarum remedio, ac pro ſalutis noſtræ memoria ſempiterna, de conſenſu maioris partis Principum, quorum conſenſus in hoc fuerat re-
b quirendus, b) iura Patronatus eccleſiarum in AUGST, & in ZEYNIGEN, *Baſilienſis* Dioeceſis,

a) Conf. dicta c. II. §. III. pag. 16. item *Taphogr.* P. I. Lib. II. cap. II. pag. 99.

b) Ex his apparet, RUDOLPHUM Cæſarem de bonis Imperii, ſine conſenſu Principum, ne minimum quidem alienaſſe. Hinc ſubſequuntur litteræ confirmatoriæ Septemvirorum S. R. Imperii, quas; utpote diverſis annis, obſignatas, ut ne ordinem chronologicum turbent, & ut uno loco exhibeantur, huc reiiciendas duximus:

Conſenſus Electorum Imperii, ſuper prædicta donatione.

COLONIENSIS.

SIFRIDUS, Dei Gratia ſanctæ *Colonienſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per *Italiam* Archicancellarius omnibus in perpetuum. Ad præſentium, & poſterorum publicam notitiam volumus pervenire, quod nos dedimus, ac præſentium literarum ſerie damus, & concedimus noſtrum ſpontaneum conſenſum ad hoc, quod Sereniſſimus Dominus noſter RUDOLFUS, Dei gratia *Romanorum* Rex, pro remedio animarum recolendæ memoriæ quondam Dominæ ANNÆ, *Romanorum* Reginæ, conthoralis ſuæ inclytæ, & quondam filii ſui HARTMANNI illuſtris, donet, & conferat jura Patronatus Eccleſiarum in OGEST, & in CEYNINGEN, *Baſil.* Dioeceſis, venerabili domino HENRICO, *Baſilienſ.* Epiſcopo, ac ſuæ Eccleſiæ *Baſil.* ab ipſa Eccleſia in perpetuum poſſidenda. In cuius conſenſus noſtri evidens teſtimonium, & cautelam, ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum *Coloniæ* anno Domini M ° CC ° LXXX. ſecundo. XII. Kal. Ianuarii.

MOGUNTINI.

WERNHERUS, Dei Gratia ſanctæ *Moguntinæ* ſedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per *Germaniam* Archicancellarius, univerſis CHRISTI fidelibus, præſentes viſuris, vel audituris, æternam in Domino charitatem. Ad univerſitatis veſtræ publicam notitiam volumus pervenire, quod nos ad honorem Domini noſtri IESU CHRISTI, ac Genitricis ipſius Virginis glorioſæ, noſtrum donamus, impertimur, & adhibemus conſenſum ſpontaneum ad hoc, quod Sereniſſimus Dominus noſter RUDOLFUS, *Rom.* Rex, in remedium animarum recolendæ memoriæ quondam Dominæ ANNÆ, conthoralis ſuæ, *Rom.* Reginæ inclytæ, & quondam domini HARTMANNI filii ſui illuſtris, quorum corpora in *Baſilienſi* requieſcunt Baſilica, donet & conferat iura patronatus Eccleſiarum in OUGEST, & in CEYNINGEN, *Baſil.* Dioeceſis, venerabili Domino HENRICO *Baſil.* Epiſcopo, & ſuæ Eccleſiæ *Baſilienſi*, ab ipſa Eccleſia in perpetuum poſſidenda. In cuius conſenſus noſtri teſtimonium evidens & cautelam præſentes literas ſigillo noſtro juſſimus roborari. Datum *Aſchaffenburch* anno Domini M ° CC ° LXXXIII ° tertio Kalendas Januarii.

PALATINI.

Nos LUDWICUS, Dei gratia Comes *Pal. Rheni*, Dux *Bavariæ*, notum facimus præſentium inſpectoribus univerſis, quod cum ea, quæ cultum divini Numinis, & divini ampliationem ſervitii reſpexerint, non impediri conveniat, ſed potius expediri, & in his præcipue, quæ alias fore juris eccleſiaſtici dinoſcuntur, ad hæc authoritate præſentium noſtrum adhibemus conſenſum voluntarium, & expreſſum, quod Sereniſſimus Dominus noſter RUDOLFUS, inclytus *Romanorum* Rex, & ſemper Auguſtus, jura patronatus Eccleſiarum in OGEST, & ZEININGEN, *Baſil.* Dioeceſis, pro remedio animarum felicis recordationis, Dominæ ANNÆ, quondam inclytæ *Romanorum* Reginæ, conſortis ſuæ, & HARTMANNI, filii ſui, in reverendum in CHRISTO patrem, & Dominum, & patrem noſtrum perdilectum, Do-

ſis, libenter, & liberaliter ipſi *Baſilienſi* Eccleſiæ duximus conferend. a: Volentes, ordinantes, ac proinde ſtatuentes, quod per venerabilem H.*enricum* 2dum c) *Baſilenſem* Epiſcopum, Principem, & Secretarium noſtrum chariſſimum, ut ſucceſſores ſuos, duæ præbendæ in eadem Eccleſia ordinentur, in quibus duo ſacerdotes debent inſtitui, qui erunt Præbendarii, & non Canonici, & omnibus horis canonicis debeant intereſſe, & in duobus altaribus, conſtruendis ibidem, ſingulis diebus divinum officium celebrabunt. Et ſi legitimo, & rationabili impedimento detenti fuerint, tunc procurabunt, ibidem per alios celebrari. Et c

minum HENRICUM, venerabilem *Baſilien*: Epiſcopum, & Eccleſiam ſuam, pro ordinandis in eadem *Baſil.* Eccleſia duobus presbyteris, transferat, perpetuo poſſidenda. Sicut & Reverendi in CHRISTO Patres, Domini, SIFRIDUS *Colonienſis*, & WERNHERUS, quondam *Moguntinenſis* Eccleſiarum Archiepiſcopi, in translationem hujusmodi conſenſerunt. In cujus rei teſtimonium præſentes damus, ſigilli noſtri robore communitas. Datum in *Nürmberch* anno Domini M ° CC ° octogeſimo quinto, XI. Kal. Martii.

SAXONIS.

Nos ALBERTUS, Dei Gratia Dux *Saxoniæ*, Princeps ſacri *Romani* Imperii, notum facimus præſentium inſpectoribus univerſis, quod cum ea, quæ cultum divini Numinis, & divini amplificationem ſervitii reſpexerint, non impediri conveniat, ſed potius expediri, & in his præcipue, quæ alias fore juris Eccleſiaſtici dinoſcuntur, ad hæc authoritate præſentium noſtrum adhibemus conſenſum. &c. *ut in* PALATINI *litteris*. Datum in *Nurenberg* anno Domini M. ° CC. ° LXXX. quinto, tertio Kalendas Aprilis

REGIS BOHEMIÆ.

Nos WENCESLAUS, Dei Gratia Rex *Bohemiæ*, & Marchio *Moraviæ*, ſacri *Romani* Imperii Princeps, notum facimus præſentium inſpectoribus univerſis, quod cum ea, quæ ad cultum divini Numinis, & divini amplificationem ſervitii reſpexerint, non impediri conveniat, ſed potius expediri, & in his præcipue, quæ alias fore juris Eccleſiaſtici dignoſcuntur, ad hoc authoritate præſentium noſtrum adhibemus conſenſum voluntarium, & expreſſum, quod Sereniſſimus Dominus, & pater noſter RUDOLPHUS, *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus, jura patronatus Eccleſiarum in OGST, & in CEYNINGEN, *Baſil.* Diœceſis, pro remedio animarum felicis recordationis Dominæ ANNÆ, quondam inclytæ *Romanorum* Reginæ, conſortis ſuæ, & HARTMANNI, filii ſui, in Reverendum in CHRISTO Patrem Dominum HENRICUM, Venerabilem *Baſilenſ.* Epiſcopum, & Eccleſiam ſuam, pro ordinandis in eadem Eccleſia duobus presbyteris transferat, perpetuo poſſidenda. Sicut & Reverendi in CHRISTO Patres, & Domini SIFRIDUS, *Colonien.* WERNHERUS, quondam *Moguntinen.* Eccleſiarum Archiepiſcopi, in translationem hujusmodi conſenſerunt. In cuius rei teſtimonium, firmiter valiturum, præſentes damus literas, ſigilli noſtri robore communitas. Datæ *Pragæ* per manus Magiſtri WOLEZLAI, *Pragenſis*, *Olomucenſis*, & *Miſegradenſis* Canonici, protonotarii regni noſtri, anno Domini M ° CC. ° LXXX. quinto XVI. Kal. Maii, tertiæ decimæ Indictionis.

His ſequiori tempore acceſſerunt confirmationes Electorum ſequentium.

BRANDENBURGICI.

Nos OTTO, Dei Gratia Marchio *Brandeburgenſis*, Princeps Sacri *Romani* Imperii, notum facimus præſentium inſpectoribus univerſis, quod cum olim præclaræ memoriæ Sereniſſimus Dominus RUDOLFUS, *Romanorum* Rex, tranſtulerit jura patronatus Eccleſiarum in OUGST, & in ZEININGEN, *Baſilenſis* Diœceſis, ad Imperium pleno jure pertinentia, in bonæ memoriæ Dominum HENRICUM, venerabilem *Baſilien:* Epiſcopum, & Eccleſiam ſuam, pro ordinandis in eadem *Baſil.* Eccleſia duobus presbyteris, in remedium animarum felicis recordationis Dominæ ANNÆ, quondam inclytæ *Romanorum* Reginæ, conthoralis ſuæ, & illuſtris quondam Domini HARTMANNI, filii ſui, de conſenſu Principum, quorum ſuper hoc patentes literæ ſunt conſcriptæ, nos dictæ translationi, ſeu donationi conſentimus, & ratam haberi volumus, & habemus eandem præſentium teſtimonio literarum. Datum in *Cadano* anno Domini M. ° CC. ° XC. ° ſeptimo, in octava Sancti LAURENTII martyris, Indictione decima.

TREVERENSIS.

BOEMUNDUS, Dei Gratia *Treverorum* Archiepiſcopus, univerſis præſentium inſpectoribus notitiam ſubſcriptorum. Cum alienationes, ſeu gratiæ, a quocunque *Romanorum* Rege factæ, nullius ſint momenti, niſi authoritate, & conſenſu Principum fuerint firmatæ. Nos igitur attendentes principem donationis affectum, quo Sereniſſimus Dominus RUDOLFUS, Dei gratia *Romanorum* Rex, felicis recordationis *Baſiliens:* Capitulum noſcitur proſequutus, eidem Capitulo jus patronatus Eccleſiarum in OGEST & in ZEYNINGEN, ob remedium animarum Sereniſſimæ Dominæ ANNÆ, *Romanorum* Reginæ, collaterali ſuæ, nec non Comitis HARTMANNI, filii ſui, felicium recordationum, *Baſileæ* requieſcentium, de authoritate, & conſenſu benevolo noſtrorum conprincipum conferendam, dictam collationem, ratam & gratam habemus, & eidem præſentibus conſentimus, prout in litera Sereniſſimi Domini RUDOLFI *Romanorum* Regis prædicti, & aliorum noſtrorum conprincipum plenius continetur. In cuius rei teſtimonium præſentes literas ſigilli noſtri munimine fecimus communiri. Datum in *Nurenberg* anno Domini M ° CC ° XC.

Et debent de prædictarum Ecclesiarum fructibus dictis Sacerdotibus præbendæ congruæ assignari. Et quandocunque unus, vel ambo de prædictis sacerdotibus morte præventi fuerint, tunc alii in loco ipsorum debent per Episcopum subrogari, qui residentiam faciant personalem, chorum frequentent, & altaria prædicta officient, ut est dictum. Si vero alii, quam Sacerdotes, in dictis præbendis, vel altaribus fuerint instituti, qui præmissa renuerent adimplere: vel si præmissa per omnia observata non fuerint, sicut superius sunt expressa, volumus, quod jura patronatus dictarum Ecclesiarum ipso facto ad *Romanum* Imperium revertantur, & quod prædicta collatio nullum robur habeat firmitatis. In cuius rei testimonium præsens scriptum exinde conscribi, & Majestatis nostræ sigillo fecimus communiri. Datum *Lucernæ* XV. Kal. *Nov.* Indictione XIV. anno Domini M° CC° LXXX quinto, Regni vero nostri anno tertio decimo.

octavo, XX. die *Novembris*, regnante Serenissimo Domino ALBERTO, *Romanorum* Rege, anno primo.

Tribus huius diplomatis usi sumus exemplis: primum accepimus ex tabulariis Episcopi *Basileensis*, quod hic secuti sumus: secundum ex Archivio urbis *Basil.* Tertium est *Vidimus*, quod vocant, per Officialem Curiæ *Basil.* an. 1297. exaratum in pergameno huius tenoris:

Nos Officialis Curie *Basiliensis*. Notum facimus presentium inspectoribus, seu auditoribus universis quod nos sub anno M. CC. nonagesimo septimo in vigilia beatorum PETRI & PAULI Apostolorum sex literas subscribendas sigillatas sigillis cereis pendentibus integris de quibus narratur in literis antedictis non cancellatas, non abolitas, neque in sui parte aliqua vitiatas vidimus & legimus in hec verba:

Sequuntur Litteræ confirmatoriæ quarum initium & finem tantum exarare visum est, hoc ordine.

SIVRIDUS Dei gratia sancte *Coloniensis* Ecclesie Archiepiscopus &c. Datum *Colonie* anno Domini M. CC. LXXX. secundo XII. *Jan.*

WERNHERUS Dei gratia sancte *Moguntinensis* sedis Archiepiscopus &c. Datum *Aschaffenburg* anno Domini M. CC. tertio Kal. *Januar.*

Nos LUDOVICUS Dei gratia Comes *Palatii Reni* Dux *Bawarie* &c. Datum in *Nurenburg* an. Domini M.CC.LXXX. quinto XI. Kal. *Novembris.*

Nos ALBERTUS Dei gratia Dux *Saxonie* &c. Datum in *Nurnburg* anno Domini M.CC.LXXX. quinto, III. *Kal. April.*

Nos WENCESLAUS Dei gracia Rex *Boemie* Marchio *Moravie* &c. Datum *Pragæ* per manus Magistri WELIZLA *Pragens. Olomocens.* & *Wissengratens.* Canon. prothonotarium Regis nostri anno Domini MCCLXXXV. XVI. Kal. *Nov.* XIII. Indictionis.

Confirmationes, quæ prioribus adhuc insertæ sunt, TREVIRENSIS *nempe Archiepiscopi, & Electoris* BRANDENBURGICI *in hoc instrumento desiderantur, quippe quod serius, accesserint prior die 17. Aug. 1297. altera vicesima Nov. anni seq. ultimo loco hic profertur diploma* RUDOLPHI, *quod in aliis præmissum est.*

RUDOLFUS Dei gratia *Rom.* Rex, semper Augustus. Universis &c. Datum *Lucerne* XV. Kal. *Novembr.* Indictione prima anno Domini M. CC. LXXX. quinto Regni vero nostri anno tertio decimo.

In cuius visionis testimonium Nos Officialis Curiæ *Basiliensis* predictus presens Manuscriptum de mandato nostro speciali per Notarium juratum dicte Curie *Basiliensis* conscriptum sigilli Curie sepedicte charectere fecimus consignari. Actum & datum *Basilee* anno Domini & die per nos superius enarratis.

c) De eo plura in cod. epistolari *Rudolphino.*

VI.

RUDOLPHUS III. ET FRIDERICUS I. PULCHER MONASTERIO DE CAPELLA ORD. CISTERC. CONFIRMANT LIBERTATES AB AVO RUDOLPHO I. ROM. REGE, EIUSQUE PATRE, ALBERTO IV. SAPIENTE, CONCESSAS. a)

Nos

Nos RVDOLPHVS & FRIDERICVS Dei Gratia Duces *Austriæ* & *Styriæ*, D. *Carniolæ*, *Carinthiæ*, *Marchiæ* ac *Portus Nahonis*, de *Hapspurg* & *Chyburg* Comites, nec non Landgravii *Alsaciæ*, Serenissimi ALBERTI Romanorum Regis filii: Ad universorum noticiam tenore præsentium cupimus pervenire: Quod nos honorabilium & religiosorum Virorum Abbatis & Conventus Monasterii de *Capella* b) *Cystercienfis* Ordinis, *Constantiensis* Diœceseos devotorum nostrorum dilectorum, quorum præclarum Ordinem tanquam speciale Specimen specialiter Dilectionis ardore complectimur, eorum piis supplicationibus inclinati Ipsis nostro nomine & Fratrum nostrorum, videlicet LÜPOLDI, HENRICI, & ALBERTI c) gratias, concessiones & libertates factas & gestas per inclitæ recordationis Dominum RVDOLPHUM Rom. Regem avum nostrum, & ALBERTVM Proavum nostrum, quoad tres Articulos, scil. quod Ipsos, Abbatem & Conventum cum personis & bonis ad idem Monasterium pertinentibus in nostram protectionem recipimus specialem. Secundo quod concedimus & indulgemus Abbati & Conventui memoratis, quod Ministeriales & alii Homines cuiuscunque conditionis aut status existant, ad Comitatum de *Hapspurg* & *Kyburg* pertinentes, Bona sua mobilia & immobilia ipsis vendere, donare valeant ac legare in morte pariter & in vita: Tertio quod de possessionibus suis in *Barro* iidem Abbas & Conventus ordinent & disponant iuxta quod ipsis videbitur expedire, adinstar eorundem Avi & proavi nostri, inviolabiliter volumus observari. In cuius rei testimonium præsentes Litteras Sigillo Illustrissimi Domini nostri D. ALBERTI Rom. Regis Genitoris Nostri perdilecti obtinuimus sigillari. Nos ALBERTVS Rom. Rex semper Augustus rogatu RUDOLPHI & FRIDERICI Filiorum nostrorum illustrium Sigillum Maiestatis regiæ præsentibus duximus apponendum. Datum in Luceria VII. Calend. April. Anno M. CC. XCIX.

1299. XXVI. *Mart.* Ex Chartul. *Turicensi.*

a) Diploma hoc mecum communicavit officiosissimus *I. I.* BREITINGERUS *Turicens.* ad S. CAROLUM Canonicus, & P. P.

b) Alias *de Capellis in foresto*, hodie *Cappelen bey dem Forst*, pagus & parochia duabus leucis distans *Berna*, in cuius ditione stant, in civili præfectura *Sternenberg*. Appellatur quoque *Frauen-Capelen*, quia illic olim exstructus erat conventus monialium Ord. S. AUGUSTINI.

c) Vid. dicta supra cap. III. §. III. p. 22.

VII.

ANTIGRAPHUM BERTHOLDI ABBATIS S. BLASII IN SILVA NIGRA, PRO MISSA QUOTIDIANA, A MONACHIS BIRGLENS. IN ARA, AB AGNETE, ANDREÆ, REG. HUNG. VIDUA IN SIZENKIRCH CONSTRUCTA, CELEBRANDA. a)

Omnibus presentium inspectoribus BERTHOLDUS *diuina permissione Abbas* b) totusque Conuentus Monasterii S. BLASII *nigre sylue* ordinis S. BENEDICTI *Constantiensis* Dyocesis caritatis affectum cum notitia subscriptorum. Nouerint quos nosse fuerit oportunum. Quod cum Illustris Domina in CHRISTO deuota

1305. XIII. *Nov.* Ex Autogr. Archivi S. BLASII.

AGNES

Agnes Sereniſſimi Domini Alberti Romanorum regis filia, ac Magnifici Domini Andreæ quondam Regis *Vngarie* relicta, ſaluti ſue ac Domini ſui prefati conſulere cupiens & ſuorum, nouum altare in Ecclesia Celle in *Sizenkilch* nobis pleno jure ſubiecte conſtrui fecerit, & inedificari ſalubriter procurarit, idemque altare ſuis ſumptibus & expenſis redditibus quadraginta modiorum figuli menſure *Briſgaugenſis* regali ſua munificentia dotauerit, vt diuinus in eadem cella cultus iugiter augeretur. Nos ad petitionem Domine regine predicte in augmentum diuini officii, quod augeri, non minui toto cordis deſiderio affectamus, ſtatuimus & ordinauimus, tenoreque preſentium decernimus & ordinamus, ut in memorata Cella ſeu cenobio noſtro, quod per confratres noſtros, videlicet - - Priorem - - Prepoſitum & noſtros monachos Celle in *Bürgelon*, nobis ſimiliter immediate ſubiecte ſolitum eſt officiari, in perpetuum diebus ſingulis miſſa que hucuſque ab eisdem noſtris confratribus inibi interdum procurabatur cantetur jugiter uel legatur, diſponentes & ordinantes, vt in prenotato cenobio noſtro *Bürgelon*, in quo vſque in hec tempora tres conſueuerunt de noſtris monachis propter expeditionem diuini officii demorari & reſidere, tribus predictis quartus de noſtro Conuentu monachus adiungatur, qui ibidem reſidentiam habeat, vt miſſa prelibata per circulum anni ſingulis diebus commodius legi valeat vel cantari. Et quia dignum eſt vt ei qui ſpiritualia ſeminat temporalia miniſtrentur, quique altari ſeruit, viuere debeat de altari, ſtatuimus & ordinamus, vt xl. modii memorati, intentionem & motum in hiis Inclite domine regine prenotate, ac aliis omnibus ad nutum animi ſui exequi in quantum poſſumus efficaciter cupientes per Magiſtram de *Sizenkilch*, que pro tempore fuerit, quatuor vicibus in anno prepoſito in *Bürgelon* preſententur integre & aſſignentur, vt de ipſis idem prepoſitus quarto ſocio victum & veſtitum, ſicut aliis ſuis confratribus neceſſaria ſubminiſtret. Debet autem eadem Magiſtra in omni quatuor temporum ieiunio X. modios prenominato prepoſito in Cella *Bürgelon* aſſignare. Et ſi in aliquo terminorum predictorum in ſolutione, quod abſit, ſe exhibuerit negligentem, tunc pendente huiusmodi negligentia a cottidiana miſſa confratres noſtros volumus abſtinere, ſaluo tamen quod officio miſſe ante hanc ordinationem antiquitus habito propter prelibatam negligentiam ſepe nominatus Conventus in *Sizenkilch* nullatenus defraudetur. Ad hec, vt omnis altercationis materia, que inter prenominatas Cellas propter nouitatem ordinationis prefate, que quidem nouitas vbique plerumque diſcordiam parit, penitus in quantum in futurum precauere poſſumus, ſopiatur, ſtatuimus, iniungimus, & honus hoc imponimus prepoſito, qui pro tempore fuerit, in *Bürgelon*, vt tempore pluviali, lutoſo & tempeſtuoſo aliasque neceſſario, ſacerdotem tunc ebdomatarium in equo ſuo mittat, diuinum officium peragendum dominarum Conuentui ſepefato, diebus dominicis & feriatis per anni circulum nihilominus excluſis in quibus Conuentus premiſſus Sanctimonialium ſacerdoti ebomadario ex conſuetudine hactenus habita equum ad Cellam *Bürgelon* mittere debet & aſſignare, Nosque ac ſucceſſores noſtros ad obſeruationem omnium & ſingulorum ſupra contentorum ſine dolo & fraude cum bona fide inuiolabiliter manu tenendorum preſentibus obligamus. Jn quorum teſtimonium preſentem cartam prefatis Sanctimonialibus Sigilli noſtri B. Abbatis, quo & nos Conventus vtimur, pro-

proprium non habentes, munimine roboratam. Datum in monasterio nostro Anno Domini M. CCC. quinto, Jdus *Nouembris* Jndictione quinta.

a) Vid. dicta supra cap. V. §. XIV. pag. 59.

b) Fuit hic BERTHOLDUS II. monasterii S. BLASII abbas ab anno 1294. usque ad annum 1308. oriundus ex *Ochsenhusen:* qui locus ex primæva sua fundatione ad congregationem S. BLASII pertinuit, missa illuc ex fratribus prima colonia ab UTTONE abbate an. 1100. ut autographa charta demonstrat. Est iam monasterium *Ochsenhusanum* sidus (quod DEUS in suo splendore conservet) Ordinis nostri in *Suevia* primæ magnitudinis.

VIII.

FRIDERICUS I. PULCHER IMP. ECCLESIÆ COLLEGIATÆ TURICENSI PRIVILEGIA CONFIRMAT, AB AVO RUDOLPHO, ET PATRE ALBERTO CONCESSA.

FRIDERICUS D. G. *Romanorum* Rex semper Augustus Vniversis S. Rom. Imperii fidelibus in perpetuum. Accedentes nostrae Majestatis presenciam Honorabiles Viri Prepositus & Capitulum Ecclesie *Thuricensis*, devoti nostri dilecti, nostre Celsitudini humiliter supplicarunt, ut privilegium ipsis a dive recordationis Domino RVDOLFO Rom. Rege *Avo nostro inclito traditum & concessum*, *& a clare memorie Domino* ALBERTO *Rom. Rege* Predecessore & Genitore Nostro carissimo *innovatum & confirmatum*, innovare & confirmare de benignitate Regia dignaremur. Cuius quidem Privilegii tenor talis est. „ RVDOLFVS D. G. *Rom.* Rex semper Augustus: Vniversis Imperii *Rom.* Fidelibus in perpetuum. Quanto nos altius exaltavit Altissimus, tanto benignius inspiravit in nobis Spiritum voluntatis illius, qui ad zelum Fidei christiane nos provocat, ad justitie rectitudinem dirigendam sollicitat, & ad sacrosanctas Ecclesias in quibus & per quos Deus Omnipotens pro nostre Salutis augmento placabiliter exoratus, favorabiliter promovendas invitat, & afficit mentem nostram. Hinc est quod Nos fidem puram ac devocionem sinceram, qua Honorabiles Viri, Prepositus & Capitulum Ecclesie *Thuricensis Constanc.* Dioceseos, Capellani nostri dilecti, Nos & Imperium indesinentius amplectuntur, graciosius attendentes, ac propter hoc magnopere cupientes ipsorum Ecclesiam sicut est in Spiritualibus florida, sic & in temporalibus fieri opulentam, devotis Ipsorum Supplicationibus inclinati, omnia Privilegia, Gratias, Libertates & Iura Ipsis a divis Imperatoribus & Regibus *Rom.* Predecessoribus nostris indulta de benignitate Regia confirmamus. Recipientes Ipsos nihilominus & Homines Ecclesie sue cum universis possessionibus & juribus suis, adinstar Antecessorum nostrorum, sub Nostram Protectionem & Imperii specialem; rationabiles & honestas consuetudines, quibus hactenus sunt gavisi, ipsis & hominibus ipsorum liberaliter confirmantes: In specialis quoque favoris ac Dilectionis, quibus memoratos Capellanos Nostros prosequimur, evidens augmentum, quosdam Privilegiorum ac Libertatum suarum Articulos presentibus inserendos duximus, qui sunt tales: Bona sive res Ecclesiæ ipsius libere Canonicis ipsis deservient; nulla persona, cuiuscunque conditionis existat, in Ipsis Dominium aliquod exercente: Item non licebit quempiam

1315. XI. *April.* Ex Cartulario *Turic.*

piam de eorundem Canonicorum familia aliquo ſervitutis genere a quoquam affici vel aliquod Servicium ab ipſa familia exigi, niſi ratione rei quam poſſidet, ad hoc legitime teneatur. Preterea dicta Eccleſia nullum alium ſibi & bonis ſuis Advocatum habebit, quam Nos vel noſtrum in Imperio Succeſſorem: niſi fortaſſis ipſi Canonici propter evidentem ipſius Eccleſie utilitatem, aliquem ſibi ad tempus Subadvocatum unanimiter poſtulaverint, quem tamen, ſi fuerit inutilis & dampnoſus, maior & ſanior pars Capituli a Subadvocatie officio ſine difficultate qualibet poterit amovere. Ipſa etiam Advocatia ſic Nobis & Imperio attinebit, ut a nobis & ab Ipſo alienari non poſſit. Inſuper Advocatus predictus Prepoſito & Capitulo a Nobis, vel Noſtris Succeſſoribus datus nullo modo Curtes ipſorum intrabit, niſi communiter a Capitulo invitatus. Item a cuilibet oneribus, & expreſſe a Vigiliis & ab aliis omnibus exactionibus, eccleſiaſticis Libertatibus, Legibus & Canonibus contrariis vel obviantibus, Ipſos immunes decernimus & penitus abſolutos: non obſtante *Statuto irracionabili* Conſulum, vel cuiuscunque ſecularis Poteſtatis violentia introducto. Preterea omnes poſſeſſiones quas emptionis, donacionis vel cuiuscunque alterius Tituli ratione legitime jam poſſident, vel in antea iuſto acquiſitionis Titulo poterunt adipiſci; Specialiter autem Eccleſiam in *Kame*, & jura in villa ſeu Suburbio Fluntrein & ad S. LEONHARDUM cum ſuis attinentiis, & quicquid in Villis Swamendingen & Rieden prope montem Albis cum ipſarum Villarum attinenciis hactenus poſſediſſe noſcuntur, ſupradictis Prepoſito & Capitulo de Regali Clementia confirmamus, de plenitudine Gratie Noſtre ipſis liberaliter indulgentes, ut in poſſeſſionibus ſeu prediis, que iam poſſident, vel in poſterum iuſto adeptionis titulo poſſidebunt, eisdem libertatibus, juribus & honeſtis conſuetudinibus, quibus ad hæc tempora ſunt gaviſi in antea, pacifice gaudeant & letentur. Ex affluentia quoque Gratie plenioris concedimus & indulgemus eisdem, ut ſi qua bona mobilia, vel immobilia ipſis a Feodotariis ſeu Miniſterialibus Noſtris infra Suburbium & ipſam Civitatem vendita, ſeu zelo devotionis donata fuerint, in poſterum vel legata, Ipſi ea eque licite valeant poſſidere ac ſi eadem de Majeſtatis Noſtre manibus recepiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtrae Conceſſionis, Innovationis & Confirmationis infringere, vel eidem auſu temerario contraire: Quod ſi forſitan attemptare preſumpſerit, gravem Noſtrae Maieſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. In cuius rei Teſtimonium & perpetui roboris firmitatem preſens Scriptum exinde conſcribi & Majeſtatis Noſtre Sigillo juſſimus communiri. Datum *Wienne* VII. Kal. *Febr.* Indictione V.ta Anno Domini M. CC. LXXVII. Regni vero Noſtri Anno quarto. „

Nos Igitur predictorum Prepoſiti & Capituli Eccleſie *Thuricenſis* votivis ſupplicationibus favorabiliter annuentes, Ipſis *adinſtar Domini* ALBERTI *Predeceſſoris & Genitoris Noſtri predicti*, omnia Jura, Libertates, Gracias ac bonas Conſuetudines a prefato Domino RUDOLFO *Rom.* R. ac aliis Imperatoribus & Regibus *Rom.* Anteceſſoribus noſtris, iisdem traditis & conceſſis, in omnibus ſuis Articulis, prout ſuperius expreſſius eſt expreſſum, innovamus, ratificamus, approbamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre Innovationis, Ratificationis Approbationis & Confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario in aliquo contraire. Quod qui ſecus

ſecus facere preſumſerit, gravem Majeſtatis Noſtre offenſam ſe noverit incurriſſe. In cuius rei evidens teſtimonium & memoriam ſempiternam preſentes Litteras exinde conſcribi fecimus & Sigillo Noſtro Regio roborari. Datum in *Thurego III.o Idus April.* Anno Domini M. CCC. XV. a) Indictione XIII. Regni vero Noſtri Anno primo. a

a) Vid. dicta hic ſupra cap. IV. §. V. p. 33. ſeq. Eiusdem prorſus tenoris Diploma habetur in Archivo Eccleſiæ S. CAROLI *Turic.* Cui itidem verbotenus inſertum eſt Privilegium RUDOLFI R. R. Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ *Turicenſis* indultum : Cuius initium ita habet : „ALBERTVS D. G. *Romanorum* Rex Semper auguſtus Univerſis S. R. J. fidelibus in perpetuum. Accedentes Noſtre Maj. preſenciam honorabiles Viri Prepoſitus & Capitulum Eccleſie *Thuricenſ.* devoti noſtri dilecti, noſtre Cels.di humiliter ſupplicarunt, ut Privilegium ipſis a dive recordationis Dom. RVDOLPHO R. R. predeceſſore & Genitore noſtro kariſſimo traditum & conceſſum innovare & confirmare de benignitate regia dignaremur: Cuius quidem Privilegii tenor talis eſt: RVDOLPHVS D. G. *Rom.* Rex Semper Auguſtus &c. &c. &c. Sub finem Confirmationis ſententia prorſus conſona cum Diplomate *Fridericiano*, niſi quod verba *adinſtar Domini Alberti Predeceſſoris & Genitoris noſtri predicti* expuncta ſint. Subſcriptio hæc eſt: *Datum apud Baſileam XVIIJ.o Kal. Maii. Anno Domini M. CCC. X. Indictione XIV.ta : Regni vero noſtri anno tertio.*

IX.

LEOPOLDUS I. GLORIOSUS DUX AUSTR. MONASTERIO S. BLASII IN SILVA NIGRA DONAT CAPELLAM IN TODTMOS CUM OMNIBUS IURIBUS PRÆBENDALIBUS. a)

LÜPOLDUS dei gratia Dux *Auſtrie* & *Styrie* Dominus *Carniole Marchie* & *Portnaonis*, Comes in *Habſburg* & *Kyburg* nec non Lantgrauius *Alſacie* ſuperioris vniuerſis preſentes literas inſpecturis ſubſcriptorum noticiam cum ſalute. Vt in actibus bone fidei calumniandi materia ſubtrahatur, expedit ea, que geruntur litterarum ſerie roborari. Nouerint igitur vniuerſi ac ſinguli, quos noſſe fuerit oportunum quod nos penſatis meritis, & obſequiis gratuitis exhibitis & impenſis Sereniſſimo domino & fratri noſtro kariſſimo domino FRIDERICO *Romanorum* Regi, nobis ceteriſque noſtris fratribus, progenitoribus & amicis noſtris per honorabiles & Religioſos viros - - Abbatem & Conventum Monaſterii Sancti BLASII *nigre Silue* ordinis Sancti BENEDICTI *Conſtancienſis* dioceſis, ſpecialiter autem ob ſalutem & remedium animarum noſtre parentele pio ducti ſpiritu, deliberatione prehabita diligenti, *Capellam dictam vulgariter daz Totmos* b) in dicta *nigra ſilua* ſituatam, nobis uſque in hec tempora proprietatis titulo pertinentem cum iuribus & attinentiis prebendalibus, que Capellani eiusdem loci pro inofficienda ipſa Capella hactenus poſſederunt, ac pro ſua ſuſtentatione habere conſueuerunt, pure ſimpliciter, & ſine condicione pro augmento diuini cultus prefatis - - Abbati & Conuentui Sancti BLASII ipſorumque Monaſterio gracioſe pietatis intuitu, habentes plenam & liberam amminiſtrationem, de conſenſu fratrum noſtrorum tradidimus tradimus, donauimus donamus, tranſtulimus transferimus ac ipſam Capellam cum iuribus & attinentiis vniuerſis, vt ſuperius eſt expreſſum, in eosdem Abbatem & Conventum, ipſorumque Monaſterium donationis titulo tranſtuliſſe nos preſentibus litteris profitemur, iure proprio tenendam poſſi-

1319. II. *Iun.* Ex Apogr. Archivi S. BLASII, a

b

possidendam, & suis vsibus applicandam, contradictione nostra seu cuiuslibet alterius non obstante, Dantes ipsis liberam facultatem, cum prefatam Capellam de iure vel de facto vacare contigerit, ipsam cum suis iuribus & attinentiis auctoritate propria subintrandi, iure Advocaticio in eisdem sic donatis, traditis & translatis, excepto & saluo, nobis nostrisque fratribus & heredibus vniuersis: Promittentes etiam contra dictam donationem, pie & favorabiliter, vt premittitur, factam non venire, nec contrauenire volentibus verbo vel facto nullatenus consentire: Renuntiantes pro nobis nostrisque liberis vtriusque sexus, aliisque quorum interest, seu intererit, seu interesse poterit in futurum, omni iuri quod nobis in dicta Capella eiusque iuribus & attinentiis, vt premissum est, hucusque competiit, seu competere poterit vndecunque, obligantes nos ad varandiam, & de euictione teneri, quociescunque fuerit oportunum. Debent etiam prefati - - Abbas & Conuentus Monasterii Sancti Blasii eidem Capelle in diuinis officiis prouidere more solito & consueto. Ceterum adhibitis in hiis omnibus verborum & gestuum solempnitatibus ad hec debitis & consuetis, vt dicta donatio pietatis intuitu, vt premittitur, facta, sub vigore perpetuo & incommutabiliter perseueret, renunciamus literas per presentes exceptionibus doli, mali, omni actioni, defensioni non adhibite solempnitatis, exceptioni iuris Canonici, ciuilis seu consuetudinarii, & generaliter omni auxilio & suffragio legum & canonum, quo mediante premissa donatio, traditio, & translatio cassari posset, impugnari, annullari, seu quomodolibet irritari. In cuius rei testimonium nostrum Sigillum duximus presentibus litteris appendendum. Datum Sabbato infra Octauam festi Pentecostes Anno domini Millesimo trecentesimo decimo nono.

a) Vid. dicta loc. cit. cap. IV. §. II. pag. 30.

b) Cappella hæc in illustrem ecclesiam surrexit a seculis usque ad præsentem diem magno peregrinantium concursu frequentatam.

X.

KRAFFTO DE TOGGENBURG, PRÆPOSITUS, ET CAPITULUM ECCLES. COLLEG. TURIC. AD INTERCESSIONES IOANNIS EP. ARGENT. ET LEOPOLDI I. D. AUSTR. CHONRADUM, FILIUM IOANNIS, DAPIFERI DE DIESSENHOVEN IN CANONICUM RECIPIUNT, QUAM PRIMUM FACULTAS SE OBTULERIT.

1321. VIII. *April.* Ex Cartulario *Turic.*

Universis presentium Inspectoribus Kraffto de *Toggenburg* Prepositus totumque Capitulum Ecclesie *Turicensis, Constantiensis* Dyoceseos affectum caritatis cum noticia subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod cum venerabilis in Christo Pater ac Dominus Iohannes *D. G. Episcopus Ecclesie Argentinensis* a) ac illustris Dominus Lupoldus b) eadem gratia, *Austrie & Styrie* Dux nobis pro Chunrado Clerico nato strenui Viri Iohannis Dapiferi de *Diessenhoven* militis, qui

a b

Nobis

Nobis & Ecclesie nostre affectuosa & utilia obsequia impendit multipliciter, porrexerint preces suas, ut eundem CHUNRADUM reciperemus in Canonicum & in Fratrem Ecclesie nostre, sibique provideremus de prebenda; cum ad id offerret se facultas: cumque ad presens recepcione plurium personarum ad vacaturas Prebendas nostra Ecclesia sit graviter onerata, & in statutis nostris juratis caveatur, quod usque ad Festum Nativitatis Domini & abinde ad biennium proximum & immediatum, nullam personam debeamus ad Prebendam recipere vacaturam. Nos tamen adtendentes merita & honores Nobis & Ecclesie nostre per prenominatos Dominos Episcopum & Ducem ac IOHANNEM Dapiferum de *Diessenhoven* militem impensos fideliter, volentesque eorum desideriis quantum possumus complacere, Viros discretos Magistrum ULRICUM *Wolfleipschen* Thesaurarium, IOHANNEM Thyam Cantorem ac RUDGERUM *Manessen* Concanonicos nostros elegimus & eligimus per presentes ad exequendum pura fide subnotata, eisque damus plenam potestatem, ut elapso dicto tempore dictum CHUNRADUM absque protractione qualibet eligant vice nostri in Canonicum & in Fratrem Ecclesie nostre, nosque astringant ad providendum sibi de Prebenda iuxta ordinem recepcionis sue, cum ad id obtulerit se facultas, videlicet cum IOHANNI de *Wellenberg*, IACOBI *Rufi*, IOHANNI *Wissen*, ULRICO *Vinken*, ULRICO *Boklin*, HENRICO *Bilgrin*, IOHANNI Monachi de *Basilea*, RUDOLFO de *Rinach*, DIETHELMO de *Steinegge*, RUDOLFO de *Siggingen*, RUDOLFO IACOBO *Mulner*, ac FRIDERICO nato quondam FRIDERICI Comitis de *Toggenburg* iamdudum per nos receptis in Canonicos & in Fratres, provisum fuerit de Prebendis, quod ex tunc locum proximum providendi sibi de Prebenda CHUNRADUS teneat memoratus. Preterea volumus, si aliquis predictorum, quibus potestatem dedimus eligendi dictum CHUNRADUM in Canonicum & in Fratrem Ecclesie nostre decesserit intra tempus prenotatum, quod idem CHUNRADUS habeat potestatem subrogandi unum quem voluerit de Capitulo nostro, ei qui decessit: Cui presentibus concedimus & damus potestatem eligendi dictum CHUNRADUM in Canonicum, prout is, qui decessit, a Nobis habuit in mandatis, & hoc tociens, quociens id acciderit faciendum, & ad premissa per nos fideliter observanda, nos nostrosque successores ac nostram Ecclesiam presentibus obligamus. In evidenciam itaque premissorum presentes litteras sigillis nostris videlicet Prepositi & Capituli patenter communimus. Actum & datum *Thuregi* Anno Domini M.° CCC.° XX.° primo: VI.° Idus *Aprilis*. Indictione quart.

a) IOANNES hic ex stirpe de *Dierheim*, al. *Arnpheim*, *Thienheim* an. 1320. dedicavit ecclesiam *Kœnigsveldensem* præsente cum aliis *Austriacis* principibus LUPOLDO. Conf. dicta supra cap. V. §. XV. p. 60. & cap. VI. §. VII. p. 67. nec non chron. nostrum *Kœnigsveld.* sub num. I. edit. p. 94. obiit 1328. GUILLIMAN. in hist. Episc. *Argentinens.*

b) Vid. dicta loc. cit. cap. IV. Num. VII. ubi de gestis LEOPOLDI an. 1321. agitur.

XI.

LITTERÆ INDULGENTIARUM AB ARCHI- ET EPISCOPIS XIV. IN EORUM GRATIAM DATÆ, QUI PRO ANIMABUS ELISABETHÆ, REG. ROM. LEOPOLDI I. ET HENRICI DD. AUSTRIÆ, KOENIGSVELDÆ SEPULT. AC PRO SALUBRI STATU AGNETIS REGINÆ HUNG. PRÆSCRIPTAS PIA MENTE DIXERINT. a)

b c d e f g h

VNIVERSIS SANCTAE MATRIS ECCLESIAE FILIIS AD QUOS PRAESENTES Litterae perveniunt. Nos miseratione divina GUILH. *Antibaren.* b) Archiep. BAROTUS *Pistoriens.* c) epc. IOHANNES *Moranien.* ep. ANGELUS *Sulatan.* epc. DNI. PAPÆ perman. IORDANUS *Acernens.* d) epc. IOHANNES *Serbien.* epc. STEPHANUS *Farens.* epc. VINCENTIUS *Hebien.* e) epc. EGIDIUS *Ostunien.* f) epc. RODULPHUS *Siriguen.* epc. MELECIUS *Gallipolitan.* g) epc. ROGERUS *Binien.* h) epc. & MADIUS *Demitensis* Episcopus Salutem in DNO sempiternam.

1329. VI. *Sept.* E Scriniis *Kœnigsveldensis* abbatiæ.

Aeterni Patris Filius Dominus noster JESUS CHRISTUS, qui omnium vivorum dominatur & mortuorum judicium dabit cum sederit in suo Solio Maiestatis, Iustis videlicet pro mercede vitam aeternam, reprobisque pro delictis supplicium sempiternum. Cupientes igitur, ut animae mortuorum a poenis & angustiis, quas sustinent propter eorum excessus quos in terris mundi commiserunt, applicatis piis fidelium precibus releventur. Omnibus vere poenitentibus & confessis, qui pro animabus Dominae ELIZABETH quondam Reginae *Rom.* & LŮPOLDI & HENRICI Liberorum suorum, quondam Ducum *Austriae*, quorum Corpora in Monasterio de *Künigsveld Constantiensis* Dioeces. in Xst.o requiescunt humata: & qui pro salubri statu Dominae AGNETIS Filiae dictae ELIZABETH, quondam Reginae *Hungariae*, dum vixerit, & anima sua, cum ab hac luce migraverit, & animabus omnium fidelium defunctorum, Orationem Dominicam, cum salutatione angelica pia mente dixerint, Missam celebraverint aut celebrari fecerint, Officium mortuorum, Psalterium, aut septem Psalmos poenitentiales, aut aliquas alias devotas orationes dixerint, aut dici fecerint, vel elemosynam dederint, vel exequiis anniversariorum suorum interfuerint, seu pro animabus eorum vel alicuius eorum obtulerint: Quotiescunque, quandocunque & ubicunque praemissa, vel aliquid praemissorum devote fecerint de Omnipotentis Dei misericordia, & beatorum PETRI & PAULI Apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum quadraginta dies Indulgentiarum de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Dummodo Diocesani voluntas

a) Vid. dicta cap. III. §. VIII. pag. 28.

b) *Antibarum*, italice *Antivari*, *Dalmatiæ* civitas, in *Turcia Europæana*, cum archiepiscopatu Latini ritus. Nomen *Antivari* derivat ab eius situ in oppositum civitatis archiepiscopalis *Bari*, quæ stat in *Apulia*. Præfatum *Antibarum* iacet ad maris *Adriatici*, seu *Venetiani* sinum.

c) Inter Episcopos *Pistorienses* celebrat UGHELLUS (T. III. (*Ital.* sacra pag. 373. primæ editionis) *Barenzum*, qui idem atque BAROTUS ab an. 1322. usque ad 1349. *Pistoria*, seu *Pistoie*, amœna *Hetruriæ* civitas; ejus Episcopus pendet ab Archiepiscopatu *Florentino*.

d) IORDANUM, *Acernensem* Episcopum ab an. 1321. usque ad illius mortem 1331. nominat UGHELLUS (T. VII. *Ital. Sacræ* pag. 641.) *Acernum*, vulgo *Acerno*, vel *Acierno*, oppidum episcopale in regno *Neapolitano*, in Principatu *Citeriori*: suffraganeus est *Avernensis* Episcopus *Salernitani* Archiepiscopi.

e) *Hebiensis Episcopus*, legendum puto *Nebiensis*. Inter *Nebienses* Episcopos, in Insula *Corsica*, Italice *Nebio*, vel *Nebbio*, ac anno 1331. usque 1346. celebrat UGHELLUS (T. IV. *Ital* sac. pag. 1410.) fratrem VINCENTIUM Ord. *Minorum*, qui idem fuisse videtur, atque ille VINCENTIUS, *Nebiensis* Episcopus, de quo carta *Kœnigsfeldensis*.

f) *Ostuniensis Episcopus*, inter Episcopos *Hostunenses* ab an. 1329. usque 1336. recenset UGHELLUS (*T. IX. Ital. Sac. pag.*) 68. ÆGIDIUM, de quo & carta præsens. *Ostunium*, hodie *Ostuni*, Regni *Neapolitani* civitas in terra *Otranti* seu *Hydranti*, cuius Episcopus suffraganeus est Archiepiscopi *Brindusini*.

g) MELECIUS *Gallipolitanus Episcopus*. *Melicium*, qui an. 1329. creatus *Gallipolitan.* Episcopus, obiit 1331. celebrat UGHELLUS (*T. IX. Ital. Sac. pag.* 135.) videtur fuisse idem, quem nominat præsens carta die 6. *Septembris* 1329. scripta. *Gallipolis*, numerosa & dives civitas *Turciæ Europæanæ*, in *Romania*, illius Episcopus est suffraganeus *Heracleensis* Archiepiscopi.

tas ad id accesserit & consensus. In cuius rei testimonium praesentes Litteras Sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum *Avinioni* VI. die mensis *Septembris*. Anno Domini MCCCXXIX. Et Pontificatus Domini IOHANNIS i) Papae XXII. Anno quartodecimo.

h) *Binien*, forsan *Bouinensis*, fratrem ROGERUM, Ord. *Minor.* Episcopum *Bouinensem* 22. kal. *Maii* 1329. electum & usque ad an. 1340. superstitem celebrat UGHELLUS (*T. VIII. Ital. Sac. pag.* 380.) *Bovianum*, hodie *Boiano*, oppidum in regno *Neapolitano*, cuius Episcopus pendet ab Arch. *Beneventi*.

i) IOANNES XXII. electus summus Pontifex die VII. *Augusti* 1316. obiit *Avenioni* IV. *Decemb.* 1334. qui an. 1318. decem dies indulgentiarum omnibus, qui genibus flexis *Salutationem angelicam* singula die advesperascente recitaverint, indulsit, quam gratiam an. 1327. confirmavit. Loquitur & de *Salutatione angelica* carta *Kœnigsfeldensis* hic descripta.

XII.

ULRICUS EPISCOP. CONSTANT. WALTERUM, AB ALBERTO II. D. AUSTR. PRO VACANTE PRÆBENDA AD S. NICOLAUM IN SURSE, SIVE BURRON, PRÆSENTATUM, INVESTIT. a)

VLRICUS D. G. Episcopus *Constanciens.* Decano Decanatus in *Surse* sive *Burron* salutem in Domino, dilectionem in Christo. WALTHERUM natum magistri IOHANNIS dicti *Korman* de *Lucerna* sacerdotem Nobis per illustrem Principem Dominum ALBERTVM Ducem *Austriae*, ad Altare S. NICOLAI in Ecclesia parochiali in *Surse* nostre Dyocesis, vacans ex morte quondam CUNRADI de *Slat* eiusdem Capellani, cuius Collatio seu presentatio ad præfatum Dominum Ducem dinoscitur pertinere, presentatum de dicto Altari investivimus, & auctoritate ordinaria presentibus investimus, sine tamen omni preiudicio ipsius Ecclesie parochialis & alterius cuiuscunque iuris alieni: Instituentes eum perpetuum Prebendarium seu Capellanum in eodem: Mandantes Tibi, quatenus ipsum in possessionem dicti Altaris, jurium & pertinenciarum eius ducas corporalem, faciens ipsius Debitores de reditibus, censibus proventibus & juribus suis universis integre respondere. Datum *Constancie.* Anno Dom. M. CCC. L. XVII.o kal. mensis *Februarii.*

1350. XVI. Ian. Ex Cartulario *Turic.*

a) Diploma hoc mecum inter alia communicatum a *I. I.* BREITINGERO P. P. *Turicensi*, commode hic præmittendum duximus alteri eiusdem UDALRICI Ep. in gratiam monasterii S. BLASII ad intercessionem AGNETIS viduæ ANDREÆ *Ungar.* regis.

XIII.

IDEM EPISCOPUS AD INSTANTIAM AGNETIS, REGINÆ HUNGARIÆ, MONASTERIO S. BLASII IN SILVA NIGRA ECCLESIAM PAROCHIALEM IN STEINA INCORPORAT. a)

In

1350. VI. *Febr.* Ex Archivo S. Blasii. b

In nomine domini amen. Vlricus dei gratia Epiſcopus *Conſtantienſis.* Religioſis in Chriſto Abbati, b) & Conuentui Monaſterii ſancti Blasii in Nigra ſilva ordinis ſancti Benedicti ſue *Conſtantienſis* Dioceſis. Salutem & ſinceram in Domino charitatem. Oblata nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod in monaſterio veſtro regularis obſervantia viget, & viguit temporibus retroactis, & quod divina miniſteria cum deuotione magna in ipſo peragantur, operaque pietatis & miſericordie circa ſubventionem pauperum ibidem venientium largiflue exerceantur, quodque hoſpitalitas tranſeuntibus per idem veſtrum Monaſterium liberaliter exhibetur. Ad quod quidem Monaſterium victualia non ſine gravibus laboribus, & expenſis propter ſitum loci & Viarum aſperitatem non aliter quam in dorſis animalium undique poſſunt bene deferri. Etiam quod propter ſterilitatem terræ, quæ iam pluribus annis perdurauit, Veſtrum Monaſterium grauiter eſt dampnificatum, quodque ex epidimia, ſeu mortalitate hominum, quæ viguit & viget Deo permittente, in partibus multitudo colonorum Veſtrorum, & aliorum hominum utriusque ſexus Vobis & veſtro Monaſterio iure ſervitutis pertinentium deceſſit, adeo quod de pluribus poſſeſſionibus veſtris etiam Veſtri Monaſterii remanentibus propter mortalitatem hominum incultis, cenſus debitos habere non valetis. Etiam quod circa reformationem, reſtaurationem & ſtructuram *Monaſterii Veſtri, quod olim ignis Voragine erat deſtructum* c) hactenus feciſtis & cottidie facitis neceſſarias expenſas, etiam quod ad præmiſſa facienda & ad alia onera vobis incumbentia ſupportanda non ſufficitis. Quare nobis inclita Domina noſtra Domina Agnes, olim Regina *Vngarie* vna vobiscum ſupplicavit, vt pro eo quod divina cum devotione miniſteria, ac pietatis & miſericordie circa ſubuentionem pauperum opera ſolita in veſtro Monaſterio valeant exerceri, ac hoſpitalitas ibidem hactenus obſeruata & continuata poſſit obſeruari, & ad indigentiam veſtram releuandam, ac ad onera alia vobis incumbentia ſupportanda Eccleſiam parochialem in *Steina* in *Wiſental* noſtre dioceſis, de patronatu veſtro & veſtri Monaſterii exiſtentem cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis vobis & veſtro Monaſterio cum conſenſu noſtri Capituli incorporare, applicare, vnire & annectere dignaremur. Nos igitur vobis & veſtro Monaſterio pio compatientes affectu, ac cupientes veſtris, & veſtri Monaſterii neceſſitatibus ſubuenire, ac peramandum in dei eccleſia cultum divinum cum deuotione exerceri, ne ex defectu temporalium veſtra Deo & nobis placens deuotio a profectu ſpiritualium, quod abſit, deficiat ad preſens vt in poſterum compellatur propter premiſſas, & alias cauſas rationabiles & neceſſarias, quas meminimus eſſe veſtras, & ad laudem & honorem Dei & ſanctorum ſuorum Eccleſiam parochialem in *Steina* ſupra dictam cum omnibus iuribus & pertinenciis ſuis vniuerſis, Vobis & per vos veſtro Monaſterio ex nunc, accedente ad hoc expreſſo & libero conſenſu Capituli Eccleſie noſtre *Conſtantienſis* in perpetuum incorporamus, applicamus, annectimus, & vnimus. Ita quod cedente aut decedente Rectore Eccleſie qui nunc eſt, aut alias Eccleſia quovis modo vacante, liceat vobis corporalem poſſeſſionem ipſius Eccleſie, iurium & pertinenciarum eius auctoritate propria apprehendere, Ipſamque cum omnibus iuribus & pertinenciis ſuis in veſtros & veſtri Monaſterii vſus perpetuo retinere reſeruata tamen primitus de ipſius Eccleſiæ fructibus & redditibus

c

pro

pro perpetuo Vicario in ipſa eccleſia per loci ordinarium pro tempore exiſtentem ad dicti veſtri Monaſterii Abbatis pro tempore exiſtentis, preſentationem canonice inſtituendo, congrua portione per loci ordinarium taxanda, ex qua portione idem Vicarius congrue ſuſtentari, Iura epiſcopalia ſolvere & alia ſibi incumbentia onera valeat ſupportare. Saluis etiam nobis, ſucceſſoribus noſtris & Eccleſie noſtre *Conſtancienſi* tam ſolutione primorum fructuum de ipſa Eccleſia, quotiescunque eam per mortem cuiuscunque Vicarii ipſius Eccleſie contigerit vacare nobis, eccleſie noſtre & ſucceſſoribus noſtris de conſuetudine debitorum facienda, quam aliis omnibus iuribus Epiſcopalibus & Archidiaconalibus in & de dicta Eccleſia *Steina* debitis & conſuetis. Seruatis in premiſſis omnibus & ſingulis ſolempnitatibus debitis & conſuetis. In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum Epiſcopale vnacum appenſione ſigilli capituli Eccleſie noſtre *Conſtancienſis* preſentibus duximus appendendum. Nos quoque Diethelmus prepoſitus Vlricus Decanus totumque Capitulum Eccleſie *Conſtancienſis* predicte recognoſcimus & confitemur premiſſa omnia fore vera, & quod predicte Eccleſie in *Steina* incorporationem, applicationem annexionem & vnionem ac aliis omnibus ſupradictis conſenſum noſtrum liberum & expreſſum adhibuimus & adhibemus per preſentes, Sigillum noſtri Capituli vna cum appenſione Sigilli Reuerendi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini Vlrici Epiſcopi *Conſtancienſis* predicti preſentibus appendentes in euidens teſtimonium omnium premiſſorum. Actum & datum *Conſtancie* Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo die Sabbati poſt feſtum Purificationis glorioſe Virginis Marie.

a) Conf. ſupra dicta cap. V. §. XIV. pag. 59.

b) Erat is Henricus IV. nobilis ab *Eſchenz*. Præfuit 43. annos, obiit 1391.

c) In rotulo membranaceo manu F. Ioannis *Raſoris*, ſec XIV. exarato, quæ ſequuntur, demonſtrant, quanta damna tulerit monaſterium S. Blasii ex ſuborto incendio: „ Anno Domini MCCCXXII. venerabili Abbate Ulrico huius nominis primo huic monaſterio præſidente in vigilia BB. Apoſtolorum Philippi & Iacobi monaſterio, capella B. V. domo infirmorum, dormitorio, refectorio, coquina, officinis, ſive Kemanata Domini Abbatis, capella B. Benedicti, nec non duabus domibus hoſpitalibus, ex quibus etiam ignis per flatum venti in ſummitate angularis verſus aquam dictam *Albam* ortus fuit, ignis incendio devaſtatis &c. „

XIV.

AGNES REGINA HUNG, CONFIRMAT EDICTUM ALBERTI II. D. AUSTR. FRATRIS SUI, DE NON MOLESTANDIS CLERICIS MORIBUNDIS, NEQUE IN REBUS, NEQUE IN BONIS. a)

a

Wir Agnes von Gotes gnaden wilent Chuniginne ze *Ungar*, tun kunt allen den die diſen brief anſehent oder hörent leſen, nu oder hienach das Wir diſen nachgeſchribenen brief Unſers lieben bruders Hertzog Albrecht geſehen und verhöret habent ane allen gebreſten als hienach geſchriben ſtat. 1455. XXVIII. *Mart.* Ex autographo.

Wir Albrecht von Gottes gnaden Herzog ze *Oeſterich*, ze *Styr* und ze *Chernden*, tun kunt das Wir allen kilchren und lüpprieſtern in unſen Grafſchafften und im *Ergöw*

und im *Turgöw* die gnade getan haben, und tun öch mit disem brief das dehein unser Lantvogte, Undervogte, Hobtlüte, Amptlüte, Edel oder Unedel, Ritter oder Knecht, noch ander iemant denselben Kilchhren und Lüpprieſtern an irn letſten ziten swenne ſi ſterben wellent, weder an irem Gute, und iro Habe wie dü genant iſt, dehein irrunge, noch beſwerunge nicht tun ſol in deheinen weg, und wer das überfure den wölten Wir darum ſwerlich beſſern, mit Urkunde ditz briefes. Geben ze *Brugg* in *Ergöw* an Fritag nach ſant Gallen tag, nach Chriſtus geburte Drützehen hundert Iar, darnach in dem Vierden und Fünftzigoſten Iar.

Und des ze einem Urkunde ſo han Wir diſen brief geben beſigelt ze rugge mit Unſerm Inſigel, der geben iſt ze *Chunigsfelt* an dem nechſten Sambstag vor dem *Balmtag*, des Iares do man zalte von Gottes geburte Drüzehen hundert Iar, darnach in dem Fünf und Fünſtzigoſten Iare.

a) Conf. dicta cap. V. §. XIV. p. 59.

XV.

INNOCENTIUS XI. PP. CONFIRMAT INCORPORATIONEM ECCLESIÆ IN STEINA, AB ULRICO EP. CONSTANT. MONASTERIO S. BLASII IN SILVA NIGRA FACTAM.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

1358. X. *Febr.* Ex Archivo S. Blasii.

His que pro Eccleſiarum & monaſteriorum & perſonarum in eis Domino famulantium utilitate & commodo prouide facta ſunt, ut illibata conſiſtant libenter adiicimus apoſtolici muniminis firmitatem. Sane petitio pro parte dictorum filiorum Abbatis & Conventus monaſterii S. Blasii in *Nigra ſilva* ordinis S. Benedicti *Conſtantienſis* Dioceſis nobis exhibita continebat, quod dudum pro parte eorum bone memorie Ulrico Epiſcopo *Conſtantienſi* expoſito, *quod ipſi pro reformatione & reſtauratione ſtructure ipſius monaſterii* a) quod dudum ignis incendio concrematum fuerat magnas expenſas fecerat, & eos continuo facere oportebat & quidem propter mortalitatis peſtem, que in partibus illis uiguerat multe poſſeſſiones ipſius monaſterii inculte remanebant, & ex eis cenſus debitos habere nequibant, & quidem propterea ipſi huius modi expenſas, & alia onera eiusdem monaſterii ſupportare non poterant & humiliter ſupplicato ut eis & dicto monaſterio in relevamen onerum huiusmodi parochialem eccleſiam in *Steina* in *Wiſental* dicte Dioceſis, que de Patronatu ipſorum Abbatis Conventus, & monaſterii exiſtebat unire curaret idem Epiſcopus quia per inquiſitionem quam ſuper hec fecit huiusmodi expoſita reperit veritate fulciri de conſenſu dilectorum filiorum Capituli *Conſtantienſis* ſeruatis ſuper hec ſolennitatibus debitis & conſuetis dictam parochialem Eccleſiam cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis eisdem Abbati & Conventui & per ipſos eidem

eidem monasterio in perpetuum incorporavit annexuit & uniuit, & nonnulla alia circa hec fecit & ordinavit prout in patentibus litteris inde confectis, dictorum Episcopi & Capituli sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte ipsorum Abbatis & Conventus nobis fuit humiliter supplicatum, ut premissis per dictum Episcopum factis & ordinatis robur confirmationis adicere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsorum Abbatis & Conventus in hac parte supplicationibus inclinati huiusmodi incorporationem unionem & annexionem, & alia per eundem Episcopum ut premittitur facta & ordinata rata habentes & grata illa auctoritate Apostolica ex certa scientia confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Tenor uero dictarum litterarum talis est:

In nomine Domini amen. ULRICUS Dei gratia Episcopus *Constantiensis* &c. ut num. XIII. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contrarie. Siquis autem hoc attemptare presumserit indignationem omnipotentis DEI, & beatorum PETRI & PAULI Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum *Auinione* IIII. *Id. Februarii* Pontificatus nostri anno sexto.

a) Vid. quæ ad præcedens diploma an. 1350. num. XIII. atque etiam supra cap. V. §. XIV. p. 59. sunt annotata.

XVI.

LEOPOLDUS III. PROBUS CIVITATI IN SURSE FACULTATEM IMPERTITUR RECIPIENDI TELLONIUM PER TRES CONTINUOS ANNOS PRO PECORIBUS MAIORIBUS APUD SE VENDENDIS. a)

a 1369. XIX. Dec. Ex apographo.

Wür LÜPOLT von Gottes gnaden Hertzog zue *Oesterreich*, zue *Steyr*, zue *Kärnden*, vnd zue *Krain*, Graff zue *Tyrol* &c. Thuen kundt, wann vnser getrewe der Schultheiss, der Rath, und die Burger zue *Sursee* fast an ihr Statt gebawet habent, vnd noch täglich bawen wollent, haben wür Ihnen darumb vnd auch von sonderen gnaden erlaubt vnd gegonnet, Erlauben vnd gonnen auch mit dissem Brieff, dass sie von einem jeglichen gewachsenen Haupt, dass in derselben ihrer Statt uff offenem Marckh verkaufft wird, nemmen sollen vnd mögen zween angster Pfenning, drey gantze Jahr, die nächste, die nacheinander künfftig seint, vnd darnach vntz an des Hochgebohrenen Fürsten Hertzog ALBRECHTS vnsers lieben bruders, oder vnser selbst, vnd vnser Erben widerrueffen, doch also, wass in geltes darvon gefallet, dass sie dass niendert anderstwo keren sollen, dann in nutzliche bäw vnd besserung der Statt, wo sie es am allermeist noth ist. Darumb wollen wür, dass sie daran niemand irre in keinen weg. Mit Vrkundt disses Brieffs geben zu Baaden am Mittwoch vor St. THOMAS tag des heyligen zwölff boten nach CHRISTUS geburt dreyzehen hundert Jahr, darnach in dem neün vnd sechszigsten Jahr.

a) Vid. dicta supra cap. VII. §. IV. pag. 76.

XVII.

IDEM MANDAT HENRICO.

1370. XVIII. *Ian.* aut XIII. *Iun.*

Wir Leupolt von Gotes Gnaden Herzog ze *Osterreich*, ze *Steyr*, ze *Kernden*, und ze *Krain*, Graf ze *Tyrol.* Entbietn unserm getrewen Henrichen am *Spiezz* oder wer ye ze den ziten vogt ist ze *Baden*, unser Gnad und alles gut. Wir emphelhen dir und heizzen dich ernstlich, daz du nu, und hienach als oft sein die erbaren und geistlichen - - - der Abt und conuent von Sand Blasien unser getrew andechtigen bedürffen ettlich burger des Rates ze *Baden*, zu dir nemest, und mit sampt den dabey seist, da die obgenannte von Sand Blasien mit irn aygen Lüten von dem *Schwarzwald*, ze tegdingen und ze schaffen hant, und wes si gen recht habent, daz dv in des geholfen seist, und si ouch sust haltest und schirmest bey irn Freyheiten, rechten und guten gewonheiten, als si und ir Gotshus habent von alter her pracht, daz in, dawider chain gewalt noch unrecht widervar in chainen weg. Geben ze *Brugk* im *Ergow* an Sand Antonien Tag anno LXX.

XVIII.

IDEM CIVITATI ZURSE CONCEDIT, UT POSSIT DE QUOLIBET PLAUSTRO, RHEDA, ET EQUIS VECTIGAL AD TEMPUS PERCIPERE. a)

1374. VII. *Dec.*

Wür Lypolt von Gottes Gnaden Hertzog zue *Oesterreich*, zue *Steyr*, zue *Kernden*, vnd zue *Krain*, Graff zue *Tyrol* &c. Thuen kundt offentlich mit disem brieff, das wür durch fleissiger bette vnd rechter Nothurfft wüllen der Ehrbaren vnseres sonders Lieben den burgeren gemeiniglich vnsser Statt zue *Surfee* die gnad gethan han, vnd thuen mit dissem brieff, das sie von jeglichem geladenen wagen, der durch Ihre Statt gaht, nemmen sollen vier pfenning, vnd von Jedem karren zween pfenning, vnd von Jedem Ross Ein pfenning gewohnliche Zehrungsmüntz, durch dass sie ihre straassen vnd ihr bruggen desto bass gebesseren vnd gebawen mögen, vnd haben ihnen auch disse gnad gethan, vntz uff vnser widerruffen. Mit Vrkundt diss briefs geben zu *Rheinfelden* am donnerstag nach St. Niclausen tag nach Gottes geburt tauffent dreyhundert Sibenzig Jahr, darnach in dem vierten Jahr.

a) Vid. dicta loc. cit.

XIX.

INSTRUMENTUM PROTECTORIUM EIUSDEM LEOPOLDI, QUO MONASTERIUM RHENAUGIENSE AB OMNI ALIO IUDICIO IMMUNE PRONUNCIAT.

Wir

WIr Lupold von gotes gnaden Herzog ze *Oeſterreich*, ze *Steyr*, ze *Kernden*, und ze *Krain*, Graf ze *Tyrol* &c. tun kunt, daz wir den erberen und geiſtlichen Abt von *Rinow* und ſein Gotshus in unſer beſunder gnad und ſcherm genommen haben. Davon empfehlen wir dem edlen unſern lieben Oheim Graf Ruodolfen von *Habspurg*, oder wer unſer Landvogt in *Swaben*, und in *Elſazzen* iſt und allen anderen houbtlüten, pflegeren, untervögten, und amptlüten in *Ergow* und in *Turgow*, den dieſer brief gezeiget wird, und wellen ernſtlich daz ſi den egenanten Abt und ſin gotshus ſchirmen, wa ſi des bedürffen, und in, oder ſins gotshuſs lüt oder guot nieman lazzen angriffen noch beheften an recht, und ob ieman hintz in ichts ze ſprechen hiet, der ſol recht von im nemen vör uns oder vör unſern landvögten und Reten in *Ergow* oder in *Turgow*, oder in unſern ſtetten, da er unſer burger iſt, oder wirdt, oder anders wa, da er es billich tuot, mit Urkund dizs brieffs geben ze *Schaffhuſen* an Sand Valdins tag a) nach Christi geburt drüzehen hundert Jar, darnach in dem fünf und ſibenzigiſten Jare.

1375. XXVIII. *Aug.* Ex Autogr. monaſterii Rhenaug.

Dnus Dux per ſe. b)

a) Datæ ſunt hæ litteræ die 28. *Auguſti.*

b) Familiarem fuiſſe hanc ſubſcribendi rationem etiam Alberto, Leopoldi fratri, autographa diplomata in Archiv. *San-Blaſiano* docent.

XX.

IDEM IOANNI DE ALTWIS, PRÆTORI IN BYREN, USUM FRUCTUS CENSUS, ANTECESSORIBUS SUIS SUPER BONA QUÆDAM IN ZURSE A LEOPOLDO II. D. AUSTR. OPPIGNORATI, PROROGAT. a)

1384. XXIII. *Aug.* Ex Apogr.

Wür Leopolt von Gottes Gnaden Hertzog zue *Oeſterreich*, zue *Steyr*, zue *Kernden*, und zue *Krain*, Graff zue *Tyrol*, Marggraff zue *Emſs* &c. thuen kundt umb die achthalb pfundt pfenning gelts auf Unſer Hoofſtatt zinnſen zue *Surſee*, und umb die Marck ſilber gelts von dem Hoof vor der Statt zue Vogtey bey *Surſee*, die Unſer lieber vetter Hertzog Leupolt von *Oeſterreich* ſeliger gedächtnuſs, Weiland Waltert, Marquarten und Heinrichen von *Haaſenburg* um ihren dienſt verſetzt hat umb vierzig Marck ſilbers, als der brief wohl weiſt, der darüber gegeben iſt, und den mann uns wider geben hat, derſelb ſatz aber nun von den egenanten von *Haaſenburg* auf Graff Hansen ſeligen von *Arberg* Herren zue *Valenzi* fiel, den er auch unſeren getrewen Hansen von *Altwiſs* ſchultheiſs zue *Büren*, auch umb ſeinen dienſt, den er ihm thät, lediglich aufgeben hat. Alſo haben Wür denſelben von *Altwiſs* der egenanten pfandtſchafft zue *Surſee* durch ſeiner dienſt wüllen, ſo er uns gethan hat, gegunnet, und ihme die vernewet und beſtättet, das Wür ihm zu recht daran

 beſtät-

beſtätten ſollen undt mögen, alſo das er und ſeine Erben den egenanten ſatz ohne abſchlag der nutzung inhaben und nüeſſen ſollen, als das die vorgenante von *Haaſenburg* und Graff HANS ingehabt und genoſſen haben, undt als lang untz das Wür oder unſere Erben den von ihm umb die egenante viertzig Marck ſilbers erledigen und erlöſen, derſelben Loſung für uns auch ſtatt thuen und gehorſamm ſeyn ſollen, wann Wür ſie damit ermahnen. Danne empfehlen Wür unſeren getrewen ſchultheiſs daſelbſt zu *Surſee* gegenwärtigen und künfftigen, wer der je dan iſt, und wollen ernſtlich, das er den egenanten von *Altwiſs* undt ſeinen Erben mit den egenanten achthalb pfunden von den Hofſtätten undt der Marck ſilbers von dem obgenanten Hoof zur Vogtey zu *Surſee* gehorſamm vnd gewärtig ſey, und ihm auch die jährlich on Irrung und Hinternus richte undt gefallen laſſe, als vorgeſchriben ſtaht. Mit Urkundt dis brieffs geben zu *Brugg* im *Ergöw* an S. BARTHOLOMEUS abent nach CHRISTI Geburt dreyzehen hundert Iahr, darnach in dem vier und achtzigſten Iahr.

a) Vid. dicta cap. VII. §. VI. pag. 78. ſeq.

XXI.

IDEM CONFIRMAT PRIVILEGIA MONASTERII GOTTSTATT IN DOMINIO NYDAU SITI, ILLUDQUE SUB SPECIALEM PROTECTIONEM RECIPIT.

1385. III. *Febr.* Ex Archiv. *Bernenſi.*

WIr LEÜPOLD von Gottes Gnaden Herzog zu *Oeſterreich*, zu *Steyer*, zu *Kernden*, und zu *Krain*, Graf zu *Tyroll*, Margraff zu *Teruis* &c. Thun kund für uns unſere Erben und Nachkommen. Als wir die Herrſchaft hier zu *Nydau* mit Ihr zugehörung zu unſeren handen kaufft und bracht haben, darin

a das Cloſter *Gottſtatt* gelegen iſt, das auch *von den Engliſchen, unſeren Feinden* a) zu den zeiten uns gewislich zu Leidt und uns zu Schmach iſt verwuſtet worden. Alſo haben Wir angeſehen und betracht ihre Schäden und auch daſs wir Ihr Gottshaus und Gottsdienſt wieder zubringen und ſonderlich zu begnaden gebunden ſeyn, als uns auch von angebornen wirden zugehört, und haben demſelben Gottshaus zu *Gottſtatt* dem Abbt und dem Convent und Ihren Nachkommen, all Gnad, Freyheit, Recht und gut Gewohnheit, wie die genant ſind, und die Ihn ſind gegeben und verlihen, von wylandt ſeeliger Gedechtnuſs den Grafen von *Nydau* Ihren Stiftern, oder von derſelben Nachkommen beſtet, vernüweret, und confirmieren, beſtäten, vernüweren vnd confirmieren auch wiſſentlich mit diſem Brief in ſolcher Maſs, daſs ſie ihre Nachkommen und daſſelb Ihr Gottshaus von uns unſeren eigen Erben die fürbaſer ewiglich haben, darbey beliben und der genieſſen ſollend in allweg, als ſie darmit begnadet ſind, und auch nach Luth und Sag der Briefen die wir darüber haben, an gefehrd. Mit Urkund deſs Briefs. Geben zu *Nydau*

am

am freytag nach unser Frauen tag zu der *Liechtmeß* nach CHRISTS Geburt drüzenhundert Jahr und darnach in dem fünf und achtzigsten Jahr. 1385.

a) Palam hinc etiam fit falso LEOPOLDUM *Probum* collusionis cum *Anglis* in *Alemanniam* an. 1375. irrumpentibus accusari. Vid. cap. VI. §. IX. pag. 68. seq.

XXII.

IDEM DUX IACOBO RITSCHIO, SATRAPÆ IN NYDAU PROTECTIONEM, ET DEFENSIONEM, CONTRA QUOSCUNQUE INVASORES, MANDAT. a)

Wir LÜPOLT von Gottes Gnaden Herzog ze *Oesterreich*, ze *Steyr*, ze *Kerndten*, und ze *Krain*, Graf ze *Tyroll* &c. empieten unserm lieben getrüwen *Jacob* RITSCHEN, oder wer je zu den zeiten Vogt ze *Nydauw* ist, von unsert wegen unser gnad und alles gut. Wan das Closter *Gottstatt* mit Schirm gehört zu der Herrschaft *Nydauw*, die Wir nun zu unsern handen bracht haben, empfehlen Wir dir, und wollen ernstlich, das du daselb Gottshaus, den Abbt und das Convent bey allen ihren Gnaden, Rechten und Freyheiten die von alter her gegeben sind, und die Wir ihn auch bestät haben vestiglich haltest, und schirmest von unsertwegen, und daran niemand bekränken lasseft in kein Weis. Daran thust du gänzlich unsern Willen. Geben zu *Nydauw* am Frytag an S. BLASIEN tag anno Domini 1385.

1385. III. *Febr.* Ex Arch. *Bernensi.*

a) Conf. dicta loc. cit.

APPENDIX ALTERA.

MONITUM.

Dum indentidem ab amicis, fautoribusque studiorum nostrorum nova ad nos perferuntur antiqua monumenta, seu diplomata, ut ea, prioribus iam impressis, suo ordine referre haud licuerit, cogimur hic alteram appendicis partem distinguere.

I.

CHARTA VENDITIONIS CURIÆ, SITÆ IN VILLA TUENGEN, FACTÆ A GERTRUDE UXORE RUDOLPHI I. MONASTERIO CELLÆ S. MARIÆ IN SILVA NIGRA. a)

GER-

Ex Autographo Archiv. *Cellæ* S. Mariæ.

Gerdrudis de *Habsburg* & de *Kiburg* cometiſſa, nec non *Alſacie* Lantgravia univerſis in Christo fidelibus preſentem literam inſpecturis ſalutem & noticiam ſubſcriptorum. Ne veritas occultetur, ea que fiunt apud homines ſcripturæ conſueverunt teſtimonio precaveri. Noverint itaque tam preſentes quam futuri, quod nos monaſterium *Celle* ſancte Mariæ in *Nigra ſilva* ordinis ſancti Augustini *Conſtantienſis* Dioceſis ſpecialis amplectentes prerogativa dilectionis, quamvis ab aliis plus forſan potuerimus habuiſſe Curiam noſtram ſitam in villa *Thuengen* in *Priscaugia*, que ad nos ratione dotis vel dotalitii noſcitur pertinere, nobis & noſtro marito obligatam, Viris religioſis - - - Abbati & Conventui Monaſterii *Celle* predicte, de bona voluntate, & auctoritate noſtri mariti & Advocati R. Comitis de *Hapsburg* & de *Kiburg* Lantgravii *Alſacie* & conſenſu Nobilium virorum fratrum noſtrorum Alberti, Burchardi, & Ulrici comitum de *Hohinberg*, cum hominibus, vineis, pratis, agris, cultis & incultis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, nemoribus, molendinis, diſtrictu, iurisdictione, bannis, honoribus, Iuribus & libertatibus, prediis ſervitutibus, ruſticis & urbanis, & utilitatibus quibuscunque, quocunque nomine cenſeantur, ſpontanea voluntate, non vi, neque coacta, nec aliquo timore precedente vendidimus & tradidimus pro ducentis marcis puri & legalis argenti, quas confitemur nobis eſſe appenſas, & plenarie perſolutas a dicto - - - Abbate & Conventu *Celle* predicte & etiam in noſtram utilitatem & noſtri mariti R. eſſe converſas, predictum Abbatem & Conventum in predicte Curie diſtrictus, bannorum, libertatum, & aliorum iurium, poſſeſſionem vacuam & liberam inducentes, nihil nobis ſeu noſtris ſucceſſoribus in dicta curia iuris penitus reſervato. Quare nos de conſenſu mariti noſtri R. expreſſo & fratrum noſtrorum predictorum pro nobis & noſtris ſucceſſoribus per iuramentum noſtrum corporaliter ad ſancta Dei ewangelia preſtitum. Renunciamus exceptioni non numerate pecunie, & de argento nobis non appenſo, vel tradito, beneficio reſtitutionis in integrum, litteris impetratis, vel impetrandis, conſuetudini, auxilio iuris Canonici & Civilis, actioni cuilibet, & generaliter omnibus exceptionibus, ac ſi nominatim & ſpecialiter eſſent a nobis expreſſe, per quas quidem predicta venditio poſſet a nobis vel noſtris ſucceſſoribus in poſterum retractari. Promittimus etiam omnibus ſupradictis & ſingulis ſepedicto - - - Abbati & Conventui nomine Monaſterii *Celle* S. Marie pro nobis & noſtris ſucceſſoribus & aliis quibuscunque de ſupradictis omnibus tam in foro eccleſiaſtico, quam civili nos exhibituros debitam warandiam & de evictione nos & noſtros ſucceſſores firmiter per noſtrum iuramentum obligamus. Renunciantes omni iuri, quod nobis in dicta curia competebat, ius proprietatis vel quodlibet aliud ius in predictum Dominum - - - Abbatem & Conventum hylariter transferentes. Promittentes etiam per noſtrum iuramentum, quod de dicta Curia in *Thuengen* vel de ſuis pertinentiis nullatenus nos intromittemus. In horum omnium evidentiam & teſtimonium indubitatum duximus preſentem litteram noſtri ſigilli munimine roborandam. Teſtes autem, qui huic venditioni

&

a) Supra retulimus pag. 113. chartam venditionis curiæ ſitæ in villa *Tuengen* in *Brisgoia* a Rudolpho datam; hanc vero Gerdrudis uxoris nomine exaratam, nunc primum ex originali deſcriptam, mecumque a Rev.mo Michaele Prælato monaſterii *Cellæ* S. Mariæ (vulgo *S. Mergen*) communicatam accepi, relatumque, prædictum monaſterium *Cellæ* S. Mariæ, a Brunone Comite de *Hohenberg* anno 1120. fundatum fuiſſe.

& tradicioni interfuerunt sunt hii. C. clericus de *Herwelingen*, HARTMANNUS de *Baldegge* a) & --- de *Ostra* milites. Datum & actum in *Brugge* anno Domini M.° CC.° LXX.° I.° a
Nonas *Martii* indictione XIIII.

a) De hoc HARTMANNO de *Baldegge* mentio facta est in *Fast. Rudolphin.* Cod. epistolari RUDOLPHI præmissis. p. CXXXIV. nec non in Genealogia diplomatica T. I. p. 84. HARTMANNUS de *Baldegge* inter vasallos, & p. 91. idem inter ministeriales domus *Habsburgicæ* invenitur. Videtur vero ex spatio in originali relicto prænomen militis de *Ostra* scribæ memoriæ haud succurrisse.

II.

RUDOLPHUS, REX ROMANORUM DAT IOANNI CABILONIO, DOMINO ARLÆI, VILLAM ET CASTRUM, QUOD DICITUR NOVUM CASTRUM, CUM ILLIUS APPENDICIBUS, ET QUOD PRÆDICTO REGI ROLINUS, FILIUS AMADEI, DOMINI DE NOVO CASTRO, RESIGNAVERAT.

RODULFUS Dei Gratia *Romanorum* Rex semper Augustus. Vniversis sacri Imperii *Romani* presentes litteras inspecturis, Gratiam suam & omne bonum. Accedens jam pridem Nostre Majestatis presentiam, Nobilis Vir ROLINUS a) Dominus *Novi Castri*, filius quondam AMEDEI Domini de *Novo Castro*, fidelis noster dilectus, Castrum, quod dicitur *Novum Castrum*, & villam ipsius castri super lacum, *Lausannensis* diocesis sitam, cum Allodiis, feodis & Retrofeodis, cum judiciis, Pedagiis. jurisdictionibus, aquis, aquarumque decursibus & Nigris juris b) ac Rebus aliis quocunque nomine censeantur, quas idem a nobis & imperio tenebat in feodum, in manus nostras libere resignavit. Nos itaque considerantes imperium sublimioris fastigii incrementa suscipere cum generose prosapie Viros pollentes nobis & Imperio ad debitricis fidelitatis homagium vindicamus ad preces predicti ROLINI Nobili Viro JOHANNI de *Cabillone*, c) Domino de *Arlato* fratri d) & fideli nostro carissimo ad cujus utique honorem & profectum Votivis aspiramus affectibus, predictum Castrum & Villam cum feodis & retrofeodis ac aliis premissis a nobis & imperio per eum & suos heredes legitimos in feodum possidenda perpetuo liberaliter concedimus, ac Eum de Eodem feodo presentibus investimus, homagio tamen quod illustribus Comiti *Burgundiae* & duci *Burgundiae* prius prestitit sibi salvo. in cujus concessionis testimonium presentes litteras sibi tradimus nostre Majestatis sigilli munimine communitas. Datum in Castris ante *Bernam* e) idus *Septembris*, indictione Prima. Anno Domini M. CC. LXXXVIII. Regni vero nostri, Anno quinto decimo, cum Magno sigillo pendente.

1288. Ex Orig. a b c d e

a) Alias RODOLPHUS Comes Novi castri, seu *Neuchatel*, apud *Helvetios*, filius AMADÆI, qui obierat 1285, ipse obiit 1342.

b) Gallice *les jour noires*, Partes sunt *Juræ*, seu, quæ *Helvetiam* spectant, Nemorum.

c) Scilicet IEAN *de Chalon Sire d'Arlay*, qui obiit circiter 1316. filius primogenitus IOANNIS dicti *Sapientis* Comitis de *Cabilone* & *Burgundiæ*, domini de *Salinis*, qui obierat 30. *Sept.* 1267. Uxorem primam habuit MARGARITHAM filiam HUGONIS IV. ducis *Burgundiæ*, quæ erat soror natu minor ISABELLÆ seu ELISABETHÆ secundæ uxoris RUDOLPHI I. *Romanorum* Regis.

d) Vid. nota c. quare RUDOLPHUS I. IOANNEM de *Cabilone* suum fratrem appellaverit.

e) Obsidebat tunc Cæsar *Bernam*, in *Helvetia*.

III.

BULLA ROM. REGIS ALBERTI I. IN GRATIAM GUILLELMI LAUSANNENSIS EPISCOPI.

1299. VII. *April.* Ex Autogr.

